huc vigentis documenta, vetustate venerabilia, ex uno corruptissimo, et lacunis plurimisque et fœdissimis obsito codice edita, qui emacularet, qui sarciret, qui ornaret, qui Latine interpretaretur, qui face commentariorum illuminaret, qui lectitaret adeo, pæne nemo fuit. Rarissime enim ea suis in scriptis citant viri docti, ut prorsus ignorare videantur. Præter Æschinem et Lysiam, quos hoc de grege solos Wolf et Stephanus, et novissime Taylor cum Marklando dignos curis suis habuerunt, reliqui omnes ab Aldo inde immundi, incomti, in illuvie, neglectu et contemtu adeo jacuerunt. Unde hujus seculi de voluntate Græcas erga literas judices. Possunt tamen hujus perversi judicii causæ quædam reddi quodammodo probabiles. Prima, quod horum oratorum perpauci codices in bibliothecis nostris reperiuntur. Itali enim bona sua, quibus abundant, parum intelligunt, et parvi faciunt, summi facienda, et exteri Italiam frequentantes alia omnia cupidius spectant, ardentius consectantur, quam ut auctores veteres Græcos ex antiquissimis et fidissimis membranis, quas Roma, Florentia, Mediolanum, Venetiæ, Taurinum, Neapolis, Sicilia, magno tenent numero, emendare et resarcire cogitent. Indignor sæpe mecum, et ingemisco tantæ hominum cœcitati, bonis in medio positis uti aut nescientium, aut nil curantium. Verum haud juvat fontem hujus tam pudendæ socordiæ aperire, qui in puerili hæret institutione penes magistros eos, quorum interest, juventutem sedulo avocare atque arcere ab usu bonarum literarum, unde libere cogitare discat. Posteri tamen quid dicent, de nobis quid existimabunt, posteaquam codices hos ipsos multifarii casus, hominum fraudes, ipsa vetustas e rebus sustulerint, cum legentes in catalogis bibliothecarum mentionem eorum factam, non lectiones saltim eorum conservatas, et librorum impressorum beneficio ad omnes terrarum oras diditas et ad posteros transmissas videbunt? Altera causa, quæ fecerit, ut oratores hi negligerentur, hæc haberi possit, quod eorum, quæ exstant, interpretationes Latinæ parum a fama publica probentur. Ego enim, qui nunquam eas per me noscitare atque æstimare curaverim, neque damnare, neque absolvere ausim. Sed Miniati versionem, a me nunquam inspectam, a viris doctis damnari video. De Lysiæ interprete van der Heidio queritur Taylor, ego rursus de Tayloro queror; cujus interpretationem Latinam Lysiæ, nunc fama publica et gratia novitatis florentem utinam ita nossent omnes, usuque suo ita compertum haberent, atque ego meo habeo, quam sit parum Latina, sæpissime a sententiis Lysiæ abhorrens, ipsa Græca oratione, quæ ob brevitatem sæpissime est obscurissima, multo obscurior, illiberalis, et prorsus intolerabilis. Tertiam adde causam, juris Attici ignorationem. Quod jus tametsi fons est Romani, in quo jure Romano enucleando tot laborarint nostra patrumque memoria viri

præstantissimi, tamen præter Petitum et Valesium, et novissime Taylorum, atque Hauptmannum* fere nemo fuit, qui huic Attico facem admovere studuisset. — Sed illuc redeo, unde excesseram. Henricus itaque Stephanus in recudendo Aldino corpore, de quo nunc agitur, majore usus est fide atque religione, quam Wolf in Æschine. Juvat e Stephani præfatione ad suum oratorum corpus locos nonnullos huc facientes repetere. Fortassis, si locus patitur, totam, una cum Aldi præfatione, in secundi voluminis calce reddemus. In Æschine Lysiaque Stephanus a codd. mstis adjutum se ait haud pauca emendasse, ingentemque adeo lacunam, quæ Aldinæ in oratione Lysiæ funebri insideret, explevisse. Est nunc penes me, beneficio Askewii V. C., volumen, quo Taylor olim usus fuit. Volumen hoc e Corpore Stephanico evulsum, Æschinem tenet solum, una cum titulo totius operis et præfatione Stephani. quo de volumine postmodum pluribus dicam. Ad illum itaque hujus præfationis locum, ubi Stephanus ait, Æschinem Lysiamque a se mstis e codicibus emendatos et sartos esse, cum dominos eorum codicum, sedes, notas, internum cujusque valorem, reticeat, annotavit hæc, quæ referre juvat ipsius verbis, Taylor, tum, ut videtur, adhuc juvenis. [Utinam ita fuisset apertus, ut ad istos, quos laudat, codices digitum intenderet. Sed hoc non sine insigni nepotum fraude majores dissimulavere.] Sed facile huic quidem querelæ occurratur. Constat enim hodie Stephano tum ad manus fuisse codicem illum, quem Taylor Coislinianum appellat, et unum atque alterum ex illis, quos Taylor Regios appellat, qui nunc Parisiis in bibliotheca Regis Christianissimi asservantur; nec non schedas Henrici Scrimgeri, JCti Heidelbergensis, natione Scoti, ab edito Jure Orientali satis noti. Schedæ hæ, quas Taylor nusquam citavit, quamquam in editione ipse sua totas expromsit, (p. 723. T. II.) cujates sint, unde ductæ, haud liquet. paucæ sunt numero annotatiunculæ ad orationes Æschinis in Ctesiphontem, et Demosthenis pro Corona; farrago e suspicionibus viri docti nescio cujus et lectionibus codicis nescio item cujus commixta. — Pergit porro Stephanus exponere, quem delectum lectionum in Æschine habuerit, hunc puta, ut lectionem Aldinam, ubi visa esset tolerabilis, in texto servaret, variantibus in marginem rejectis; alias meliorem lectionem in texto statim repræsentaret, vitiosa Aldina in marginem relegata cum adscripto Π. Γ. vel πρ. γρ. hoc est πρότερον γράφεται. Vel sic tamen, et in Æschine, et in Lysia, superstites mansisse permultos locos inemendatos; in reliquis autem oratoribus facere non potuisse, quin multo etiam plures in mendo relinqueret locos, quod

* Cujus multæ penes me sunt, ipsius beneficio, schedæ, ad Andocidem, Antiphontem, Gorgiam et Demadem pertinentes, Geræ quidem typis excusæ, sed fatum chartarum hujusmodi ipsæ quoque expertæ. Paucorum in manus venire solent, et cito disparere.

eorum codices msti sibi defuissent. Suas de ratione emendandi conjecturas in marginibus certis quibusdam notis indicasse. Nimis crassos et apertos Aldinæ errores a se tacite sublatos esse. Locum hic nactus Wolfium carpendi, qui triennio ante Æschinem publicaverat, una cum Demosthene, graviter in eum Stephanus invehitur, meritum id illum quidem. Wolfii ipsius causa, quem amo, et magni facio, vellem ipsum non moribus suis, non importunitate ista, tam acerbam, sed veram reprehensionem sibi contraxisse; quamquam illa videri possit non ad solum Wolfium, sed quodammodo etiam ad Grynæum, et Oporinum, et si quibus aliis Frobenius uteretur ad opera a se edenda sphalmatum typographicorum correctoribus, pertinere. suspicor utique, quamquam certo nondum explorare laboravi, recusiones Aldinorum librorum a Frobenio curatas *παραδιορθώσεσιν* ab illis, quos dixi, profectis, scatere. ut sedulo cavere nobis debeamus, ne imprudentes Frobenianis lectionibus nimium confidamus. Stephanus certe queritur, in editionibus Germanicis [ita Basileenses appellat] librorum Græcorum ab Aldo editorum multas veteres Aldinarum mendas multo pluribus novis accumulatas esse. Quamquam nullus dubito, multos fore, quibus ista legentibus eadem, quæ mihi, succurrant. Figulus figulum odit. Vox hæc est typographici livoris. Artifex artificem deprimere, atque invidia respergere laborat, quo sua sibi merx hoc fiat vendibilior. Vera tamen queri Stephanum, res ipsa disertius loquitur, quam aut par erat committi, ut vera hæc dedecora dicerentur, aut nunc celari aut excusari potest. Neque obstat hoc, quod Stephanus ipse, sævus ille censor, in hoc ipsum crimen incurrit, cujus illos, Germanos, homo Gallofrancus, reos agit. Wolfii profecto editiones librorum Græcorum ego equidem haud duco magis suspiciosas, quam Stephanicas. Cujus alius editiones magis horrent *παραδιορθώσεων* spinis, quam aut Plutarchus, aut Plato Stephani? De Platone quidem Fischerus noster V. C. testatum fecit, de Plutarcho autem ego ipse quondam. Turpe est censori, cum culpa redarguit ipsum. Sed pergamus Stephanum audire. "In editionem Basileensem unius ex his oratoribus, Æschinis videlicet, quæ Demostheni adjuncta est, cum Latina interpretatione, nova quædam et inusitata, quod ad Græcos scriptores attinet, audacia grassata est. Ibi enim plerisque in locis vocabula textui inserta sunt, haud pauca etiam ita mutata ex sola conjectura, non minus tamen audaciter, quam si hæ additiones atque immutationes non conjectura incerta, sed certissimo veterum exemplorum testimonio niterentur." Vera, nimis vera ais, mi Stephane. Tu autem, signa nunquam mutasti. aurea æneis? Sinum pertentemus. — "Atque (sic pergit) ut non minus incuriæ, quam audaciæ exempla ibi exstarent, omissa fuerunt plerisque in locis vocabula, quæ in Aldina leguntur,

et sine quibus loci ex integris manci et mutili redduntur. Exempla autem vel conferendo hanc meam Aldinamve cum illa Basileensi, vel meas Annotationes legendo, satis, aut potius nimium multa invenientur." — Quas hic Stephanus commemorat, pauloque post iterum atque iterum commemorabit, annotationes ad Æschinem suas, eæ nunquam prodierunt, nisi forte per sex libros Schediasmatum sparsæ sunt, qui libri cum indicibus careant, non vacat nunc eos pervolutare. Sæpe Stephanus, institor librarius, lucro inhians, ut libros a se excusos nundinis Franfurtanis urgentibus extunderet, nimium festinabat, ut persona editoris fidi et docti faceret interdum indigna, famamque literatam decoqueret. Gloriosus erat, et obtrectator aliorum, et haud raro, quæ sors thrasonum est inevitabilis, impostor. — "Neque tamen (sic rursus pergit Stephanus, quasi fomento quodam lenire illatam plagam vellet) talem sive audaciam, sive temeritatem, sive confidentiam non ei, cujus ex ingenio profectæ sunt illæ conjecturæ, viro, non solum doctissimo, sed etiam modestissimo, sed correctori cuipiam typographico, digno, qui flagris corrigatur, imputandam esse puto." — De modestia quidem Wolfii tacere, mi Stephane, satius fuerat, quo nemo est, aut fuit unquam, sui jactantior. Legat quis, si potest cum patientia, præfationes ejus. Odio jactantiæ eum enecabunt. De correctore autem, cras credam, hodie nihil. Procul quidem Basilea Wolfius aberat, Augustæ Vindelicorum degens, et ipse sæpe de multitudine atque fœditate mendarum queritur, quas ait per operarum atque correctorum ignaviam in editionem Basileensem irrepsisse. Solet fieri. Germanicam meam ipsius interpretationem orationum Demosthenis atque Æschinis operæ Lemgovienses pudendis mendis coinquinarunt. Certo tamen est certius, ipsum Wolfium præscripsisse et imperasse operis Basileensibus, ut conjecturas suas omnes in textum immitterent, nisi potius ipse illis exemplum misit, quod redderent, a se antea ad mentem suam interpolatum. Hac quidem culpa, quæ insigniter flagitiosa est, præsertim cum lectores non cavisset admonere, Wolf liberari nullo modo potest. Flagitium illud invito se si admissum fuit, cur non inhibuit statim? credibile enim est specimina ad eum missa esse, antequam opus in hominum manus veniret. Aut si sero animadvertit, cur in præfatione non est hac de injuria sibi facta questus? cur non obtestatus? cur tacuit? In præfatione si non licebat queri, cur alibi non fecit? — Sed hæc hactenus, e præfatione Stephani. Cujus præfationis reliqua, qui volet, suo loco legat, ab hoc alieniora. Universe, editio Græcorum oratorum a Stephano curata luculenta et egregia est, ejusque exemplum in Æschine reddendo ante oculos habui, morem tenens, in hoc quoque oratore eundem, quem in Demosthene tenueram, cujus quoties plagulas a prelo recentes

operæ mihi mitterent corrigendas, uxori mandabam ut exemplum Morellianum mihi prælegeret, plagulas recentes relegenti, ne quod vocabulum excideret, quod facile fit, typothetarum seu incuria, seu alio quocunque errore. Sic in edendo Æschine quoque institui. Dederam quidem operis exprimendum Taylori exemplum, quod e vitioso Wolfiano recantatum est, sed a me prius diligenter ad exemplum Stephani correctum. neque satis hoc habui, sed hac quoque insuper cautione sum usus, ut, quoties plagula quæque corrigenda ex officina ad me afferretur, uxor mihi Stephani prælegeret exemplum, ut factarum a Wolfio discessionum ab exemplo Aldino nulla me posset fallere ; præsertim cum una libellum variantium inspicerem, in quo discessiones illas Wolfianas diligenter annotaveram. Qua diligentia consecutus hoc sum, ut auctor esse bona fide possim meæ editionis emtoribus, ut confidant, se non corruptum exemplum Wolfianum, sed genuinum Aldinum, seu, quod idem ferme est, Stephanicum habere, nisi ubi certo et præmeditato consilio, graves ob causas, de quibus a me satis factum esse, sive statim in subjectis animadversionibus, sive in libro variantium, confido, a primigeniis illis editionibus, admonito ubique locorum lectore, discessi.

## SECT. III.

### *De editione Taylori.*

Taylorum decuerat perinde cautum fuisse. Ille vero, proh dedecus, editionem Demosthenis atque Æschinis, a qua futurum sperabamus, ut omnes aliæ, antiquiores certe, obruerentur, Wolfianum utriusque auctoris exemplum operis suis recudendum dedit, quo turpem operi suo maculam inussit, laudes ejus pæne prostravit omnes, effecitque ut editio Cantabrigiensis, fidem lectionum si spectes, etiam Parisinæ sit posthabenda. Perpetuo cum Wolfio queritur et rixatur, in eumque desævit, ut texti corruptorem. Cur igitur cæcum ducem sciens sequeris, relictis oculatis ducibus, qui præsto erant, quos usu cognitos habebas? Cur lectiones recoquis, quas ipse tute imposturæ damnas, in promtu cum essent meliores ? Cur non, ut ego feci, aut Morellianum Demosthenis, aut Stephanicum Æschinis exemplum operis tuis in manus dabas ? Quas te decebat mendas eluere, navi et religiosi editoris si velles partibus satisfacere, quas ultro partes suscepisses, cur eas mendas propagas, et insciis atque imprudentibus chartarum tuarum splendore tantum non commendas ? Eane est desidia ? Est enim vero desidia et ignavia inexcusabilis, et parsimonia ignobilis. (Originem mali p. 249. et p. 705. aperui.) Tu vero ne Wolfianum quidem exemplum sincerum reddidisti. Flagitiosissimas quasque ejus lectiones cum relinquis immotas, et tradis posteris, atque obtrudis velut cla-

rissimi tui nominis auctoritate, tum in aliis leviculis sedulus es, et mutas, novasque, ubi nil referebat. Partes profecto muneris tui flagitabant, tibique imperabant, ut, si nihil aliud, hoc certe caveres, ut ære illo insano, quo chartarum tuarum magnificentia nobis exteris, qui ad vos Britannos Iri ad Crœsos sumus, redimenda est, qui rem quærimus, offuciis adventitiis non ducimur, quarum laus artifici chartarum et typographo debetur, textum saltim redimeremus, non sublestæ fidei, non inquinatum, sed lima tua critica perpolitum, et ad primigenium nitorem, qua pote, restauratum. Grati quidem accipimus, quæ in annotationibus e libris mstis affers. Sed eorum delectus et usus non successori tuo relinquendus erat, non exspectandum ejus, aut lectoris cujusque judicium, sed tute, qui criticum, qui editorem profiterere, auctor fieri debebas lectoribus earum lectionum, quas tu probandas censeres; præsertim qui tot lustra in conando, in moliendo consumeres. Exempli alicujus veteris auctoritate si captus eras, si tibi persuaseras ab ejus norma tibi haud esse discedendum, cur non Aldinum prætulisti, antiquitate certe fideque codicis, e quo manavit, venerabile? aut, si huic parcebas, Stephanicum certe, quod est et parabilius, et correctius? At nunc intelligo. Genevense exemplum, chartis incusum pæne atris, vulgarius erat, et parabilius, et minor in eo fiebat jactura, si typothetarum sordidis a manibus conspurcaretur. Bellum utique cum parsimonia non gero, quam quotidie disco et exerceo in re perquam accisa. Didici tamen, sæpe lucrum esse, pecuniam in loco contemni. Exemplum Tayloranum, quod tanti penes nos venit, operis dedi exscribendum, ut operæ parcerem annotationes exscribendi. Stephani oratores concerpsi, quo Lysiam Venetias mitterem, ibi cum codice Bessarionis conferendum. At tu tamen, si parcendum censebas, de quo nil queror, debebas exemplum Wolfianum a Roveriis Genevæ recusum prius abs te diligenter correctum typographis in manus dare. Sed quicquid tandem subest causæ, seu segnities ea fuit, et molestiarum devitatio, seu imprudentia quædam tua, Taylore, laudes ea operis tui, non mediocres alias futuras, haud parum minuit. Reliquum autem Tayloranæ editionis instrumentum haud contemnendum est; quod omne non in meam modo transtuli editionem, sed aliis quoque novis auxi ornamentis. De quibus nunc dicam.

## SECT. IV.

### *De editione hac Lipsiensi.*

Quibusdam in rebus ab instituto Taylori me discessisse, vix commemoratu dignum est; ut in hoc. Taylor Wolfii Latinam interpretationem cum texto Græco statim substravisset, ego eam in secun-

dum Æschinis mei volumen amandavi. Contra annotationes, quas Taylor ad calcem orationis cujusque relegaverat, ipsi texto statim subjeci; quod et commodius futurum lectoribus et factu magis necessarium videbam, et a nonnullis flagitari. Interdum, quamquam rarissime, auctiores dedi Tayloranas annotationes, ut Epist. ζ. ubi Toupi observatio e lupanari petita vulgo non prostat; digna illo homine, qui nulla de re disputat doctius, quam de scortis. Latinam interpretationem, mei si res fuisset arbitrii, plane omisissem. Decreveram aliquando meæ huic editioni operum Æschinis opusculum addere, quod cum e schedis Tayloranis intellexissem ineditum in bibliotheca Leidensi asservari, dedi super hac re literas ad Wyttebachium, Leidæ nunc commorantem, ubi, id quod audio, Plutarchi libello de sera numinis vindicta edendo dat operam. Scilicet, tum nondum incideram in alium locum schedarum Taylori, ubi Meletam eam esse Libanianam admonet, dudum editam in Libanii operibus, T. I. p. 131. qua Æschines cum Demosthene confertur. id quod postmodum Wyttebachius quoque me docuit, juvenis doctus, cui Epistolam criticam debemus, magna promittentem, et Julianum aliquando, atque Plutarchum philosophum, et nescio an Synesium quoque debebimus. Libanium ergo cum ipse totum aliquando sim fatis sinentibus editurus, multo, quam vulgo circumfertur, emendatiorem atque locupletiorem, visum fuit opusculum illud loco suo reservare. De Græcis in Æschinem scholiis, a me primo nunc in lucem prolatis, seorsim dixi in præfatione iis præmissa. Codices Æschinis calamo exarati qui Tayloro ad manum fuerint, qui mihi, e præfatione intelligetur libro variantium lectionum præmissa; quem in libellum, ut alias passim annotatiunculas ad Æschinem meas, cum locus alius nullus oportunus daretur, contuli, ita omne quoque id, quod epistolas Æschinis perlegenti mihi, cum e typographeo ad me afferrentur perlustrandæ, per festinationem succurrebat. Initio enim nihil quicquam in illas epistolas annotationum dare decreveram. — Propter multitudinem rerum non licuit omnia, ad Æschinem quæ in promtu essent, uno volumine complecti; necesse fuit apparatum partiri. Primo quidem in volumine, quod jam nunc vestris est in manibus, amici, videtis ipsi, quid exhibuerim, ut docendi haud sitis. Altero autem, intra paucos menses prodituro, quæ sitis a me laturi, meum est nunc edere. Complectetur itaque secunda pars Æschinis mei hæc. 1) varietates lectionis Æsch. in orationem sec. et tertiam. 2) indicem Græcitatis Æschineæ, ad paginas et versus Stephanicæ comparatum; quia jam A. 1767. a me confectus est. Eo in indice vocabulorum atque locorum difficiliorum sententias modulo meo Latinis verbis exposui. Copiosus et fructuosus est; et ejusmodi erit quoque Demosthenicus, cum prodierit. Sed ultra orationes Æschi-

nis haud procedit ille index. ex epistolis nihil tenet, quæ aperte spuriæ sunt, non Æschinis, sed certo certius Libanii. addentur illi indici alii indices, historici, geographici, et legum ab Æschine commemoratarum. 3) Æschinis Latina interpretatio Wolfii. 4) vita Wolfii ab ipso scripta. 5) Matthæi libellus academicus de Æschine oratore, cujus mentionem in hujus præfationis ipso limine faciebam. 6) Taylori ad Demosthenem et Æschinem prolegomena ex ejus schedis prodenda. Plagularum si quid supererit, id Dinarchus et Lycurgus implebunt. Hic est conspectus secundi voluminis Æschinei. — Annotationes meas qui judicare volent, eos rogo obtestorque, ut meminisse velint, non diuturna meditatione maturatas, neque uno tempore conscriptas, sed plerasque currente jam prelo, effusas esse. Quo factum est, inter relegendum chartas a prelo madidas aliis ex aliis succurrentibus, ubi locus non daretur, aut posteriores curas addendi, spatiis folii cujusque jam occupatis, aut cum prioribus mutandi, typothetis semel a se constituta mutari ægre ferentibus, ut observatiunculæ meæ, aliæ per supplementa, aliæ per librum variantium, aliæ per indicem spargerentur. Qui index cum esset dudum ante confectus, quam Æschinis excudendi fieret initium, vereor ne factum sit passim locorum, ut ipse mecum dissideam, alia in annotationibus, alia in indicibus tradens. Operis tumultuarii, non uno quasi spiritus tractu, non ad certas leges, multo ante prævisas atque constitutas elaborati, neque retractationibus sæpe repetitis expoliti, sed a crebris interpellationibus conturbati, et quasi maculosi facti, fieri nequit, ut partes inter se omnes concinant. Singulis semestribus prodenda mihi cum sint singula volumina huic similia, ecquis non intelligit, me a torrente quasi aufferri, aut tanquam a machina quadam invincibili agi, quæ me non patiatur consistere, aut suspenso pede procedere. Interim esto hæc opera Æschini a me navata specimen ejus, quam Demostheni paulo post impendam.

## SECT. V.

*De ratione voluminum hujus operis insecuturorum.*

Proxime secundum Æschinem dabo Lysiam Tayloranum. in quo repræsentabo, quæ Taylor in editione majori dedit, omnia. lectiones Marklandi non ad calcem rejiciam, ut Taylor fecit, sed sub ipso texto statim, unam quamque suo loco, exhibebo. Meæ prodibunt prorsus novæ, recoctæ, et illis vetustis dudum editis dissimillimæ.

A Lysia ad reliquos oratores minores procedam, de quibus quæ habeo dicenda, ea peculiaribus præfationibus suo tempore dandis reservo. Bene si successerit, adjungam illis singulare volumen,

quo quicquid veteres Critici, Dionysius Halicarnassensis imprimis, super vetustis his oratoribus commentati sunt, complectar.

Emensus hoc curriculum, quod video quam longum, quam sudoris plenum sit, tum demum proferam apparatum, qui penes me est, criticum in Demosthenem. Primum ejus volumen dabit ineditum Demosthenis Exegetam, Zosimum Ascalonitam (alii Gazæum dicunt) si tanti erit, et nancisci si potero. Nunc enim adhucdum eo careo, et quo loco sit habendus, magni faciendus, an contemnendus, ignoro. Sed spes facta est e Vaticana impetrandi. Secundum volumen exhibebit silvam immanem variantium Demosthenicarum. Tertium annotationum quicquid est, Wolfii, Taylori, mearum, aliorum. Quartum denique indicem Græcitatis Demosthenicæ, aliosque indices his ad Æschinem pertinentibus similes. Haud me fugit multos esse, qui pro Æschine reliquisque Græcis oratoribus jam nunc malint a me hunc apparatum proferri. Contra non pauci sunt, qui nolint ab illa descriptione universi operis discedi, quam cum Anno 1768. publicassem, Acta Eruditorum Lipsiensia, et Harlesius V. C. in editæ a se Demosthenicæ pro corona calce repetierunt. Facile dictu non est, quam diversæ voces de institutione hujus operis diversissima sciscentium ad aures meas allabantur. Quibus omnibus satisfacere, contraria inter se flagitantibus, cum negatum esset, visum est in sensu meo acquiescere, cui sic agendi, ut egi et agam porro, rationes sunt gravissimæ. Cum tempore omnibus, si exspectare didicerint, satisfiet. Apparatum Demosthenicum qui jam nunc poscunt, næ aut nesciunt hi, aut non cogitant, quanto constet otio, quanta opera, digestio silvæ variantium, et annotationum, quam cum olim ad paginas et versus editionis Parisinæ alligassem, nunc ad paginas et versus editionis meæ ea est reformanda. In tota illa parte, quam Taylor non edidit, et ad quam parum, aut nihil, ab eo in schedis ad me missis collectum reperio, Wolfianæ annotationes omnes meis manibus exscribendæ et ad locos quæque suos referendæ, meisque intexendæ sunt. Indices olim factos, et ad Parisinam compositos, video nunc jejunos esse. quapropter novi de integro condendi sunt, ad novæ editionis paginas et versus conformati. Accessit novus labor a schedis Taylori nuper ad me missis; in quibus etiamsi novi nihil reperiam, de quo nunc adhucdum in neutram partem pronunciare possum, neque enim otium suppetiit examinandi, thesaurum, an carbones repererim, singulæ tamen quæque annotationes illis in schedis scriptæ pensitandæ sunt, sedes earum investigandæ, quærendum, sintne jam ab ipso Tayloro proditæ, nec ne. Spissius est opus agendum, quam quod tam cito expediatur, atque somniant imperiti rerum, qui simile quod negotium nunquam tractarunt. Deo vitam prorogante, cœptaque nostra fortunante, pervenietur ad hanc quoque

tandem aliquando metam. Montem escendere licet, saltu superare negatum est. Strenue modo atque alacriter et liberaliter, quotquot volunt literaturæ Græcæ studiosi videri, cœpta mea secundent. Emendo opus et προεισφοραῖς cursum ejus accelerent, neque sinant me sub onere sumtuum, cui ferendo solus ego par non sum, succumbere. Pudet dicere — Sed parcam pudori hujus seculi, ejusque ad posteros famæ, diligentius etiam, quam ipsum suæ parcit. Turpe dictu, et pæne incredibile est, quam in hoc tam arduo opere, tam ad gloriam patriæ, tam ad ornamenta bonarum artium pertinente, a liberalitate, non dicam publica, quæ hac ætate frustra speretur, sed a privata eorum sim desertus, qui bonæ literaturæ, et Græcæ imprimis statores haberi volunt. Non hi modo non commendant, quod facere poterant, atque debebant adeo, sed vereor ne sint quoque, qui infament etiam hoc opus, atque in suspicionem et invidiam adducere laborent. Suppetiæ mihi venerunt pecuniariæ, unde minime speraveram. Symbolas miserunt hi, quos homines natos non noram. Quos amicissimos habere credebam, quibus fidebam maxime, hi me destituunt, videntes quo vortice circumagar. Per illos non stat, quo minus ab illo vortice hauriar. Dona neque tuli a quoquam, neque posco. Satis mihi erit, frequentes si coeant emtores. προεισφορὰς seu prænumerationes pretii, haud absolute postulo, quamquam cum gratulatione sum accepturus, si qui conferre volent. Contentus ero, si volumen ut quodque prelo exierit, ematur. Periclitatur, cives, gloria patriæ, periclitatur salus Græcæ literaturæ in Germania reviviscere conantis, si diffidentiæ vestræ, si sordibus, si invidentiæ, si privatis quibusdam mecum simultatibus aliisque animi morbis ita cedatis, ut cœptum hoc in ipso partu elidi patiamini.

## SECT. VI.

*Rationes sumtuariæ, expensorum et acceptorum.*

Sed, ut sciatis, cives, universum hujus negotii statum, locique, quo conclusus sum, iniquitatem, et periculi mei magnitudinem intelligatis, bona fide vobiscum agam, rationes acceptorum et expensorum vobis exhibiturus, ut ipsi æstimetis, quæstumne faciam, divitiasque vener, an discrimen adierim reique famæque decoquendæ. quod si fecero, non mea ea culpa erit, et bonorum omnium judicio ego excusatus habebor. Duo prodierunt Demosthenis volumina, tertium nunc prodit, Æschinem exhibens. Horum trium voluminum in unum quodque sumtum feci ducentenos propemodum et quinquagenos ducatos aureos hollandicos. (Utar hoc genere monetæ in hoc calculo, quod ea nationibus omnibus nota est, thaleri germanici noti sunt paucissimis extra Germaniam.) Hi 250 du-

cati faciunt 700 thaleros germanicos, cum aliquot thalerorum excessu. Nam exacte si numeres, 36 ducati æquivalent (ut nunc est valor ducati) 102 thaleris germanicis. Insumtum ergo est in hæc tria volumina ad 750 ducatos hollandicos, ultra 2100 thaleros. Quod mirum nemini videbitur, qui cogitet, quanti artifices nostrates operas suas locent, chartarius, typographus, chalcographus, excusor tabularum in ære cælatarum, quanti corrector sphalmatum typographicorum, quanti constent munuscula ministris danda, quanti commercium literarium super hoc negotio exercendum. Inde ad hoc diei non recuperavi paratæ et numeratæ pecuniæ, nisi 594 thaleros, æquivalentes ducatis 198 circiter, ut cuique poterit ex indice nominum constare eorum, qui cum ex pacto deberent prænumeratores esse, committunt plerique ut ægre fiant postnumeratores. Mihi interea de meo *προεισοιστέον* est. Videntur plerique mihi non fidere, et cum Sannione Terentiano spem pretio emere nolle. Quid si ego vobiscum, o boni, pari modo agerem? Unquamne res coalesceret? Fieretne unquam sic, ut operis hujus vel unum folium excuderetur? Ego vestram spem pretio meo maximo emo, vos vestro minuto meam emere non vultis? Uter iniquior est? Ego vero ad æquiores me demittam conditiones. Non poscam imposterum, ut prænumeretis, nisi si qui sponte sua facient. Velitis modo de emendo spondere ubi editum volumen quodque fuerit. Sed alii Latinæ interpretationis a Demosthene meo absentiam queruntur, alii malunt finem operis exspectare, negantes se tam stultos fore, ut, quod aiunt vulgo, cattum in sacco emant. Ubi prorsus perfectum fuerit, atque absolutum, emturos tum demum recipiunt, carioris etiam, quam nunc possint, incerta spe, in vitæ meæ discrimine natante. Sæpe incipi ejusmodi opera magnis cum promissionibus. Emtores sic allici. Paulo post insisti, spem publicam decipi. Exempla prostare. Hac ipsa in urbe haud ita pridem edi cœptum esse librum Græcum: cujus ad calcem cum esset perventum, partem libri optimam, cujus solius causa emissent, annum ex anno extrahi, fidem verbis non fieri, se ludi.—Jam de mille exemplaribus, (tot enim cujusque voluminis excuduntur) centum et quinquaginta ferme, alia vendita, alia credito, alia dono data sunt, ut jam facile fit æstimatu, quotam partem sumtuum a me erogatorum recuperaverim. Adde, quod haud pauci, cum Demosthenem emissent, reliquis voluminibus insecuturis renunciaverint. Quod si ergo, ut cœpi facere, fidemque dedi me facturum porro, senis quibusque mensibus singula hujusmodi volumina prodenda sunt, per se paret, necesse esse, ut emtores plures coeant. Alias telam hanc ego necesse habebo abrumpere. Exhausta enim jam res mea familiaris est, ipsa perquam mediocris. Rogo itaque, quotquot sunt Græcarum literarum amantes, ut literis ad ipsum me

dandis (interventu librariorum nil hic opus est; denique non in obscuro quodam et ignobili dego angulo, sed in urbe Germaniæ celeberrima, Lipsia) profiteantur modo se futuros emtores, de pecunia reddenda caveant, viamque et oportunitatem demonstrent, qua exemplaria illuc deferantur. Paratum invenient studium meum ipsis inserviendi. A Danis, Suecis, Russis, Polonis, nihil adhucdum exemplarium est postulatum. In Angliam misi triginta exemplaria, dubia spe, Leidam novem, Amstelodamum quatuor, Parisios duo. Hoc omne est hujus operis, quod ad exteros pervenit, nisi si quid amicis peregre dono misi. Jam dabo nomina tam eorum, qui prænumerarunt pecuniam, qui fuere pauci, quam qui post, volumine quoque jam absoluto; illos adeo ipsos, qui voluminibus insecuturis renuntiarunt, gregi immiscui, pudori eorum parcens, ne quererentur se a me publice quasi notatos fuisse. Singuli singula exemplaria poposcerunt, nisi ubi numerum expresse indico.

Abresch, Rector Gymnasii Zwollani.
Andre, Goettingensis.
Andreae, librarius Francfurtanus.
Bang, Marburgi V. D. M.
Bartholomaei, bibliothecarius Ducis Weimariensis.
Bauer, Superintendens Cathedralis Wurzenensis.
Bauer, librarius Strasburgensis.
S. Blasii Abbas, S. R. I. Princeps.
Blessig, A. M. Strasburgensis.
Boden, Professor Wittebergensis.
Bohn, librarius Hamburgensis.
Boettiger, A. M. Rector Gymnasii Mühlhauseni.
Briegleb, Professor Coburgensis.
Brunck, Regis Christianissimi Consiliarius rerum bellicarum et fiscalium, Strasburgi.
Büsching, Director Gymnasiorum Berolinensium.
Cesarotti, Professor Patavinus.
Cober, M. A. Gymnasii Budisseni Conrector.
Culencamp, Professor Goettingensis.
Delius, Halæ.
Dohm, Westphalus.
Ebeling, Superintendens Lüneburgensis.
Ebert, Professor Brunswicensis.
Eck, Prof. Lipsiensis.
Ernesti, (August Wilhelm) Professor Eloqu. Lips.
Eschenburg, magister juvenum nobilium in Carolino Brunswicensi.
Eugenius, Corcyrensis, Archimandrita, tria.

Evring, Rector Gymnasii Goettingensis.
Fesler, A. M. Lipsiensis.
de Foerder, nobilis e Marchia Braudenburgica.
Forwerck, A. M. pædagogus in ludo ad S. Nicolai Lipsiæ.
Froriep, Prof. Lips.
Gaertner, Professor Brunswicensis.
Garue, Prof. Lips.
Geisler, Gymnasii Gothani Rector.
van Goens, Prof. Ultrajecti.
Gottleber, Gymnasii Annebergensis Rector.
Graefer, librarius Vindobonensis.
H — d Jenæ, qui nomen celari vult.
Hallensis quædam libraria, quæ nomen celari vult item.
Harles, Prof. Erlangensis.
Hartmann, Budissanus.
Haymann, ad S. Annæ Rector Dresdæ.
Heinze, Gymnasii Weimarani Director.
Heinsius, librarius Lipsiensis.
Herel, Professor Erfurtanus.
Heydingero, librario Londinensi, 30. exemplaria credidi.
Heyne, Prof. Goettingensis.
Hiller, Professor Wittebergensis.
Hirt, theologus Jenensis.
Hofmann, M. A. Muldani Grimmensis Collega tertius.
Hornbostel, Superintendens Lunensis.
Hübler, A. M. Gymnasii Freybergensis Conrector.
Hübner, Bernas.
Irmisch, Gymnasii Plavensis Rector.
Junius, librarius Lips. 2 Ex.
Kinderling, Rector Gymnasii Magdeburgensis.
Koehler, mercator Lubeccensis, pro amicis in Saxonia inferiore, postulavit 12. Exemplaria.
Klotz, Prof. Hallensis.
Kranold, Superintendens Grafenhaynichensis.
Krebs, Moldani Grimmæ Rector.
Lessing, bibliothecarius Brunswicensis, Wolfenbüttelæ.
Luchtmanni, librarii Leidenses, 9. Exemplaria.
Martini, Gymnasii Ratisbonensis Rector.
Meisner, A. M. Collega Cruciani Dresdæ.
de Melle, Lubeccensis.
Morus, Prof. Lips.
Mucke, A. M. Moldani Grimmæ Conrector.
de Murr, patricius Noribergensis.
Mutzenbecher, Brunswicensis.

Nagel, Professor Altdorfinus.
Neuhaus, Senator Lipsiensis.
Niclas, Gymnasii Luneburgensis Rector.
Nicolai, librarius Berolinensis.
Noesselt, theologus Hallensis.
Pauli, librarius Berolinensis.
Randal, Scotus, V. D. M. in patria.
Rau, Professor Ultrajectinus.
Reich, librarius Lipsiensis.
Reichert, A. M. Moldani Grimmæ Cantor.
Reismann, Rector Gymnasii Schneebergensis.
Reitz, Prof. Lips. 2 Ex.
Richter, librarius Altenburgensis.
Ruhnkenius, Prof. Leidæ.
Schade, advocatus Anspachiensis.
Scharfenberg, A. M. Lipsiensis.
Schlaeger, Consiliarius aulicus et bibliothecarius ducis Gothani.
Schmidt, Prof. Brunswicensis.
Schmidt, Dantiscanus.
Schreuder, librarius Amstelodamensis. 4 Ex.
Schütze, D. Theolog. et Profess. Hamburgensis. 2 Ex.
Schütze, A. M. et Seminarii regii Hallensis Inspector.
Storr, A. M. Stuckardiensis.
Struue, Budissenus.
Thieme, A. M. et Thomanæ Conrector Lipsiæ.
Tschiederer, S. I. in collegio Iesuit. Augustano Professor.
Valckenaer, Professor Leidæ.
Vollbort, Goettingensis.
Wendler, A. M. Cruciani Tertius Dresdæ.
Wencke, A. M. Lipsiensis.
Wernsdorf, Professor Helmstadiensis.
Wyttenbach, Bernas.

# CHRISTIANI FRID. MATTHÆI,

A. M.

LIBELLUS ACADEMICUS

DE

# ÆSCHINE ORATORE

LIPSIÆ D. XVII. MARTII A. MDCCLXX.

AD DISCEPTANDUM PROPOSITUS.

## SECT. I.

AD hanc de Æschine oratore disputationem ab Halicarnassensi Dionysio ducti pervenimus. Cum enim constituissemus, humaniorum litterarum partem aliquam tractare, et de argumento disputationi idoneo deliberaremus, eo consilio Dionysium accessimus, si possemus reperire locum, in quo cogitatio et studium nostrum non omnino inutiliter occuparetur. Non fefellit opinionem, quam de eo conceperamus, sed dicendi urberem materiam suppeditavit scriptoris elegantissimi varia et copiosa doctrina. Selegimus Æschinem oratorem, cui cum Demosthene et Hyperide principatum eloquentiæ detulit, et quibus argumentis adductus hanc ei laudem tribuerit, in animum induximus investigare. Jam, cum oratoris facultas in duobus versetur, verbis et rebus, omnem hanc de Æschine disputationem in duas distribuimus partes, et primo loco exposuimus de elocutione, secundo *τὸ πραγματικὸν* examinavimus.

## SECT. II.

*De perspicuitate et evidentia.*

Non patitur res exempla perspicuitatis recensere; sed ausim tamen asseverare, eum, qui Demostheni, oratori clarissimo, in ea re adversaretur, studiosissimum esse debuisse omnis perspicuitatis, quæ a rebus argutis abstinet, verbis utitur notis, et collocatione ea, quæ ordini et naturæ est conveniens. Atque hæc orationis virtus, quamvis ei operam dare debeat orator, tenue tamen et exiguum præmium laudemque habet. Magis enim is, qui rem perspicue tradit, vitio obscuritatis videtur carere, quam virtute aliqua excellere, ex qua auditorum admiratio et studium oriatur, ut contra, qui

obscuritate peccat, non solum ex oratorum numero eximitur, sed rudis plane atque infans habetur. Alia est major virtus et oratori magis propria, communis tamen maximeque apta poetis. Ea a Græcis dicitur *ἐνάργεια* et *πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν*, a Latinis evidentia, repræsentatio, illustratio. Hæc auditorum oculis res, quæ oratione tractantur, subjicit, eorumque animis ita infigit, ut eas cerni atque geri, iisque interesse se putent. Hac virtute maxime excellunt ii, qui celeriter et acute omnes rei partes animadvertunt, eas diligenter cogitant, resque absentes, ut præsentes, acriori sensu animoque concipere et sibi fingere possunt. Operæ pretium erit, aliquot exempla ex Æschine laudare, quæ ei haud dubie omnium consensu evidentiæ laudem conciliant. Erat inter patronos Timarchi prætor aliquis, cujus auctoritate ne reus sibi eriperetur, cavendum erat oratori. Hominem ergo duobus verbis ita describit, ut et facile inter multos agnoscas, et ejus arrogantiam vanitatemque ridere cogaris. (κ. Τιμάρχ. §. κή.) *Ἀναβήσεται δ' ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ τῶν στρατηγῶν τις, ὥς ἀκούω, ὑπτιάζων καὶ κατασκοπούμενος ἑαυτόν.* Quis non statim, cum hæc legit, totius corporis habitum istius hominis, ipsumque tanquam in tabula depictum aut incedentem videre se putat? Cum hoc alius non minus elegans locus potest comparari, ubi Demosthenis in dicendo hæsitationem et casum (π. Παραπρεσβ. §. ιέ.) ita evidenter describit, ut cum eo laborare, sudare angique cogaris. Insunt loca ejusdem generis alia multa, e quibus unum tantum commemorabo, ubi de Thebanorum calamitate ita exponit, ut miserias eorum non auribus, sed oculis percipere videamur. (κ. Κτησιφ. §. μθ'.) *ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν οὐ παρεγένεσθε*, inquit orator, *ταῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφορὰς, καὶ νομίσατε ὁρᾷν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, τειχῶν κατασκαφὰς, ἐμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας, ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν, κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς, ὀργιζομένους οὐ τοῖς τιμωρουμένοις, ἀλλὰ τοῖς τούτων αἰτίοις.* Nonne, qui hæc legit, urbis vastatæ imaginem concipit, murorum fragorem et collapsum audit, domiciliorum furentem flammam videt, infantum, feminarum et senum imbecillitatem dolet, fortunæ commutationem timet, lacrimarum et supplicationum vi ad misericordiam et auxilium ferendum commovetur, alienam miseriam putat suam, illorum hominum sensus induit, eosque ante oculos, miserandum spectaculum, versari existimat? Ergo sine dubio Æschines evidentiæ laude clarus haberi debet.

## SECT. III.

### *De sublimitate.*

Sublimitas, de qua nunc dicere institui, est ea orationis virtus, quæ magnarum rerum notiones efficit. Hujus virtutis tanta est vis, tanta laus et commendatio, ut haud dubie nulla alia reperiri possit, quæ magis ad docendum, delectandum et movendum valeat. Hac orator præditus certissimam et omni comparatione majorem reportat victoriam et præmium. Vidi sæpe, cum quædam ab oratoribus dicerentur sublimiter, auditorum ora pallentia, spiritum præclusum et rarum, silentium altum et attentum. Quo judicio, quid majus aut excellentius possit intelligi? Incorruptum enim est et liberum et ab omni adulationis suspicione remotissimum et gloriosum non solum iis, qui accipiunt, verum etiam qui tribuunt. Scilicet inest in omnium animis a natura donatus honesti acer sensus, qui, si ab oratore excitatur et accenditur, vires sumit et erumpit. Atqui et hac virtute Æschinem præstare videmus. Quis enim non moveatur et oratoris honestatem virtutisque excellentiam suspiciat et admiretur, cum legit ea, quæ Æschines contra improbitatem sublimiter dixit (κ. Τιμάρχ. §. λζ'. fin.) *μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τῶν ἀδικημάτων ἀρχὰς ἀπὸ θεῶν, ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ἀσελγείας γίνεσθαι, μηδὲ τοὺς ἠσεβηκότας, καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ποινὰς ἐλαύνειν καὶ κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις, ἀλλ' αἱ προπετεῖς τοῦ σώματος ἡδοναὶ, καὶ τὸ μηδὲν ἱκανὸν ἡγεῖσθαι, ταῦτα πληροῖ τὰ λῃστήρια, ταῦτ' εἰς τὸν ἐπακτροκέλητα ἐμβιβάζει, ταῦτά ἐστιν ἑκάστῳ ποινὴ, ταῦτα παρακελεύεται τοῖς νέοις σφάττειν τοὺς πολίτας, ὑπηρετεῖν τοῖς τυράννοις, συγκαταλύειν τὸν δῆμον. οὐ γὰρ τὴν αἰσχύνην, οὐδ', ἃ πείσονται ληφθέντες, λογίζονται· ἀλλ' ἐφ' οἷς κατορθώσαντες εὐφρανθήσονται, τούτοις κεκήληνται. ἐξαιρεῖτ' οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τοιαύτας φύσεις, καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματα ἐπ' ἀρετὴν προτρέψασθε.* Jam, etsi vis orationis a quolibet lectore facile sentiatur, tamen opus erit hæc examinare, ut ne temere sublimitatem huic loco tribuisse videamur. Cum igitur omnis sublimitas oriatur ex tribus, primum ex sententia generosa, deinde ex compositione splendida, denique ex verbis gravibus et grandioribus, jam de his singulis separatim videndum. Quid quæso generosius hac sententia: Non sunt a diis repetenda male factorum initia, sed ab improbitate hominum. Quæ porro splendidior compositio, quam ea, quæ est in his verbis: *ταῦτα πληροῖ τὰ λῃστήρια, ταῦτ' εἰς* etc. et statim *σφάττειν τοὺς πολίτας, ὑπηρετεῖν* etc. Quæ denique graviora verba eligere potuit orator, quam hæc, e quibus difficilius est eligere, quam reperire gravia. Ex locis similibus unum adhuc commemorabo, qui ab eadem virtute commendatur. Dicit aliquo in loco (κ. Κτη-

σιφ. §. ξά. fin.) nec Miltiadi, nec Themistocli, nec Aristidi aliisve claris viris a majoribus ob virtutem et beneficia in rempublicam decretam esse auream coronam. Tum, cur id non sit factum, sententia sublimi et digna sensibus factisque illorum virorum ita docet: *οὐ γὰρ ᾤοντο δεῖν ἐν τοῖς γράμμασι τιμᾶσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ μνήμῃ τῶν εὖ παθόντων, ἢ ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας ἀθάνατος οὖσα διαμένει.*

## SECT. IV.

### *De copia orationis.*

De copia orationis, quæ et verborum est et rerum, jam separatim videtur agendum. Sed verborum copia e duobus fontibus promanat, varietate et dilatatione. Ex varietate verborum tum existit, cum eadem res pluribus verbis significatur. Fit autem hoc, vel verbis synonymis ponendis, ut hoc in loco: (κ. Κτησιφ. §. θ'. post med.) *ἀνεύθυνον δὲ καὶ ἀζήτητον καὶ ἀνεξέταστον οὐδέν ἐστι τῶν ἐν τῇ πόλει.* vel, si propriis jungantur translata (κ. Τιμάρχ. §. κέ.) *ὑμᾶς τε βουλοίμην ἂν ἀκοῦσαι, οἷς ἐγὼ μέλλω λέγειν, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν καὶ παρακολουθεῖν εὐμαθῶς.* Dilatatur porro oratio, si eadem notio per partes proponitur, si pro nomine ponitur definitio, si genus et species junguntur, si aiendo negandoque docemus. Per partes tractavit notionem honesti viri hoc modo: (κ. Τιμάρχ. §. κϛ'.) *αὕτη μέν ἐστιν, ὦ Τίμαρχε, ἀπολογία ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος καὶ πεπιστευκότος τῷ βίῳ καὶ καταφρονοῦντος εἰκότως ἁπάσης βλασφημίας.* Pro *κολάζετε τοὺς παρανομοῦντας* et loco unius verbi democratiæ commemoravit partes: (κ. Κτησιφ. §. δ'.) *λύετε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς παρανόμους γνώμας, βεβαιοῦτε τῇ πόλει τὴν δημοκρατίαν, κολάζετε τοὺς ὑπεναντίως τῷ νόμῳ καὶ τῇ πόλει καὶ τῷ συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ πολιτευομένους.* Gloriam et pericula adire sic descripsit: (κ. Κτησιφ. §. ξ'.) *νῦν δὲ οἶμαι διὰ τὸ σπάνιον καὶ τὸ περιμάχητον καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀείμνηστον ἐκ τῆς νίκης ἐθέλουσί τινες τὰ σώματα παρακαταθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες διακινδυνεύειν.* Loco *ἐπιτηδευμάτων* dixit *βίον, λόγον, πράξεις.* *τῷ ἀληθεῖ* adjunxit *τὸ ἀψευδὲς*, et *τῷ ἐναργεῖ, τὸ οὐ πεπλασμένον*, et hanc sententiam: Fama hominum facta celebrat, eleganter et copiose tribus modis expressit: (κ. Τιμάρχ. §. κζ'.) *περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ λόγον καὶ τὰς πράξεις ἀληθής τε καὶ ἀψευδής τις ἀπὸ ταυτομάτου πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν καὶ διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις, πολλὰ δὲ καὶ μαντεύεται περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, καὶ οὕτως ἐναργές ἐστι καὶ οὐ πεπλασμένον, ὃ λέγω* etc. rursus turpitudinem Timarchi ita texit, ut pro flagitiorum nomine poneret definitionem: (κ. Τιμάρχ. §. ά.) *εἰδὼς δὲ αὐτὸν ἔνοχον ὄντα, οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως.* Item, cum Demosthenis in-

dolentiam in obitu filiæ criminari et augere vult, non dicit eum amisisse filiam, sed *τὴν μόνην καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν.* (κ. Κτησιφ. §. κϑ'.) Ex innumeris exemplis pauca posui. Res enim ad intelligendum facilis, et ita copia dicendi Æschines valet, ut hac quidem virtute reliquos omnes superare videatur. Nunc restat, ut de rerum copia dicam, quæ existit e copiosa argumentorum tractatione, similitudinum et exemplorum multitudine, locis communibus, digressionibus et interpositis sententiis. De illis prioribus admonui infra, de infinitis vero quæstionibus, digressionibus et sententiis nunc exponam.

## SECT. V.

### *De locis communibus, digressionibus et sententiis.*

Ut ii, qui iter faciunt, interdum incidunt in loca ob cœli inclementiam dura, aeris gravitate noxia, incolarum barbaris moribus fera et molesta, ideoque subito ea relinquunt, interdum iidem in locis amœnioribus, inter homines commodos et suaves moribusque politos libenter et utiliter morantur, huc illuc attentionem dirigunt, digrediantur, locorum situs cognoscunt, urbium ædificia mirantur, potentiorum favorem quærunt, amicitias contrahunt: ita oratores nonnunquam in locis quibusdam non minus utiliter, quam libenter diutius versantur. Sed, ut nec ii iter, præsertim longum, essent confecturi, qui ubique subsistere vellent, nec magnam utilitatem ex commoratione essent percepturi, si nihil, nisi oculorum voluptatem quærerent; ita nec oratorem decet tam importunum et molestum esse, ut nunquam discedat, nec voluptati aurium persuasionem et victoriam postponere. Quæ vero sunt ea loca, in quibus oratorem morari aut digredi convenit? Ea nimirum, in quibus cum causæ utilitate et delectatione auditorum a re proposita, a personis et factis singulis ad quæstionem infinitam, ab homine modesto et forti avocare potest orationem ad laudem et naturam modestiæ et fortitudinis. Id Æschines in omnibus orationibus ita fecit, ut copia, varietate, utilitate, suavitate et ornatu clarissimorum oratorum laudes labefactare videatur. Omnino enim hic orator copia et abundantia et amplitudine orationis inter omnes clarus et notabilis haberi debet. In hanc rem laudari possunt loca de majorum in tribuendis muneribus publicis frugalitate, (κ. Κτησιφ. §. νϑ'.) de eorundem severitate in judicandis *γραφαῖς παρανόμων*, (ibid. §. ξδ'.) de homine populari, (ibid. §. νδ'.) de utilitate, quam juvenes percipiunt e judiciis publicis, (ibid. §. ϛά.) de hominibus improbis in republica non ferendis, (ibid. §. μγ'. fin.) de modestia veterum oratorum, (κ. Τιμάρχ. §. ϛ'. med.) de famæ vi, (ibid. §. κζ'. med.) de consuetudine Harmodii et Aristogitonis, (ibid. §. κή. fin.) de amicitia

Achillis et Patrocli, (ibid. §. κϑ'.) de famæ et calumnia discrimine, (π. Παραπρεσβ. §. μέ.) de amore justo et improbo, (κ. Τιμάρχ. §. κή. med.) de majorum cura et severitate in tuenda pudicitia, (ibid. §. λϛ'.) et alia fortasse plura, quæ in tanta multitudine notare sum oblitus. Hæc vero omnia ita semper cum causa conjunxit orator, ut ea vix abesse posse putes, quod in ejusmodi locis communibus et digressionibus unice spectatum esse rhetores præcipiunt. Sententiis denique, quas etiam ad copiam orationis pertinere diximus, maxime iis in locis usus est, ubi leges tractavit. Vix enim unam legem laudavit, quin simul, quo quidque consilio sancitum sit, idonea sententia et e re nata doceret et legislatoris prudentiam commendaret. Qua in re orator rerum civilium peritiam et eloquentiam demonstravit, legum auctoritatem confirmavit et tenuitati orationis occurrit.

## SECT. VI.

### *De simplicitate.*

Qui in dicendo ornatum copiamque vitat, ita tamen, ut semper caveat, ne in aridum et humile dicendi genus delabatur, sed ut elegantiorum hominum sermonem de rebus tenuibus vitæque consuetudinem imitetur et nihil nisi puritatem et perspicuitatem curet, ei orationis simplicitas tribuitur. Is igitur orator, qui simplicitati studet, nec rerum copia et multitudine orationem ampliorem faciet, nec sententiis acutis et inauditis, sed vulgaribus et consuetis utetur. Verborum novorum et factorum insolentiam, translatorum gravitatem suavitatemque, priscorum obsoletorumque obscuritatem, compositorum granditatem vehementer vitabit, propria, consueta et e translatis non nisi trita et notissima adhibebit. In compositione non artem et concinnitatem, sed naturam et elegantiam sequetur. Jam, si ex hac tenuitate simplicitas apparet, videamus, an Æschines quoque attenuate et simpliciter quædam dixerit. Quid autem simplicius dicere potuit, quam hæc: (κ. Κτησιφ. §. κά. fin.) *λέξω δὲ πρῶτον περὶ τοῦ πρώτου καιροῦ καὶ δεύτερον περὶ τοῦ δευτέρου, καὶ τρίτον περὶ τοῦ ἐφεξῆς, καὶ τέταρτον περὶ τῶν νῦν καθεστηκότων πραγμάτων.* Item paulo post: (§. κγ'.) *νικᾷ γὰρ ἕτερον ψήφισμα Φιλοκράτης, ἐν ᾧ κελεύει ἑλέσθαι δέκα πρέσβεις, οἵτινες ἀφικόμενοι πρὸς Φίλιππον ἀξιώσουσιν αὐτὸν δεῦρο πρέσβεις αὐτοκράτορας πέμπειν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. τούτων εἷς ἦν Δημοσθένης, κἀκεῖθεν ἐπανήκων ἐπαινέτης ἦν τῆς εἰρήνης καὶ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις πρέσβεσιν ἀπήγγειλε καὶ μόνος τῶν βουλευτῶν ἔγραψε σπείσασθαι τῷ κήρυκι τῷ παρὰ τοῦ Φιλίππου καὶ τοῖς πρέσβεσιν.* In his, si ab initio pro verbo *νικᾷ* scribatur *γράφει*, totus locus erit simplicissimus. Rursus, cum alio in loco notiones verborum explicat: (κ. Τιμάρχ. §. κϛ'.) *ὅπου μὲν γὰρ*

*πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἴκησιν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν, ὅπου δ' εἷς ἐνοικεῖ, οἰκίαν· ἐὰν δ' εἰς ἕν δήπου τούτων τῶν ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐργαστηρίων ἰατρὸς οἰκήσηται, ἰατρεῖον καλεῖται· ἐὰν δ' ὁ μὲν ἐξοικήσηται, εἰς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργαστήριον χαλκεὺς εἰσοικήσηται, χαλκεῖον ἐκλήθη· ἐὰν δὲ γναφεὺς, γναφεῖον· ἐὰν δὲ τέκτων, τεκτονεῖον.* Facile autem apparet, cur orator hæc ita tenuiter exposuerit. Res enim per se tenues et minutæ non capiebant ornatum et dicendi vehementiam.

## SECT. VII.

### *De oratione faceta.*

Hanc simplicitatem, ne nimia tenuitate et ornatus inopia molesta sit, comitari et jucundam reddere debet alia orationis virtus, quæ a Græcis *χάρις, ἡδονὴ, ἀφροδίτη, εὐστομία, τὸ στωμύλον* aliisque similibus nominibus appellatur. Qui ea utitur, eum dicunt *ἡδέως καὶ κεχαρισμένως καὶ ἐπαφροδίτως εἰπεῖν.* Latini leporem, facetias, suavitatem dicunt. Hæc interdum ex uno aut duobus verbis oritur, ut hoc in loco: (*κ. Κτησιφ.* §. *λά.*) *ναί· ἀλλὰ χαλκοῖς καὶ ἀδαμαντίνοις τείχεσιν, ὡς αὐτός φησι, τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε, τῇ τῶν Εὐβοέων καὶ Θηβαίων συμμαχίᾳ.* Verba enim *ὡς αὐτός φησι*, facetam arrogantiæ et orationis Demosthenis irrisionem continent. Est in eadem oratione locus de Demosthene, patrono Timarchi, quem accusarat Æschines. Is, quia est longior, ea tantum indicabo, quæ videntur jucunda, quanquam talia plerumque melius ex toto orationis habitu judicantur. Prima suavitas oritur ex oppositione faceta, cum dicit (ibid. §. *οά.*) de Demosthene, *οὗτος κλαίει μὲν ῥᾷον, ἢ ἄλλοι γελῶσιν.* Altera ex morum notatione ejusdem: *οὐκ ἂν θαυμάσαιμι δὲ, εἰ μεταβαλλόμενος τοῖς ἔξω περιεστηκόσι λοιδορήσεται.* Tertia e figura, *ὅταν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς μὲν τοὺς στασιαστικοὺς λόγους ἐκεῖνο αὐτῷ ὑποβάλλετε, ὅτι, ὦ Δημόσθενες, εἰ σοὶ ἦσαν ὅμοιοι οἱ ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγόντες, οὐκ ἄν ποτε δημοκρατία κατέστη.* Rursus e figura, (ibid. §. *οβ'.*) *ὅταν ὑμᾶς ἐπερωτᾷ, ποῖ καταφεύγω, ἄνδρες Ἀθηναῖοι; περιγράψατέ με ἐκ τῆς πολιτείας, οὐκ ἔστιν, ὅπῃ ἀναπτήσομαι· ἀνθυποβάλλετε αὐτῷ, ὁ δὲ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, ποῖ καταφύγῃ, Δημόσθενες; ἢ πρὸς ποίαν συμμάχων παρασκευήν; πρὸς ποῖα χρήματα; τί προβαλλόμενος ὑπὲρ τοῦ δήμου πεπολίτευσαι; ἃ μὲν γὰρ ὑπὲρ σεαυτοῦ βεβούλευσαι, ἅπαντες ὁρῶμεν.* item paulo post (ibid. §. *ογ'.*) ex figura et ratione eleganter reddita: *ὃν ἐχρῆν — αὐτὸν παρελθόντα εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰπεῖν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μὲν στέφανον δέχομαι, τὸν δὲ καιρὸν ἀποδοκιμάζω, ἐν ᾧ τὸ κήρυγμα γίνεται. οὐ γὰρ δεῖ ἐφ' οἷς ἡ πόλις ἐπένθησε καὶ ἐκείρατο, ἐπὶ τούτοις ἐμὲ στεφανοῦσθαι.* Rursus in narratione de Cirrhæo campo, quæ, ut tota est elegans, ita imprimis placuit faceta illa repetitio et narrandi sedulitas: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ* (ibid. §. *λθ'.*) *ἥκομεν ἕωθεν εἰς*

*τὸν προειρημένον τόπον καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιῤῥαῖον πεδίον καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν.* Item suavissimus Æschines, cum Autolyci Areopagitæ orationem recenset, quam populus audiens ob ambiguitatem, præter opinionem dicentis ortam, ad irrisionem Timarchi traxerat: (κ. Τιμάρχ. §. ιϛ'. med.) *καὶ περὶ τῆς ἐρημίας ταύτης καὶ τοῦ τόπου τοῦ ἐν τῇ Πνυκὶ, μὴ θαυμάσητε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἔφη,* (Autolycus) *εἰ Τίμαρχος ἐμπειροτέρως ἔχει τῆς βουλῆς τῆς ἐξ ἀρείου πάγου.* Quæ verba, cum a populo ob Timarchi mores dubios plausu exciperentur, Autolycus rei ignarus et indignans, excusat orationem et rursus ad ambigua delabitur. Tum vero omnia implentur risu plausuque. Pyrrhander, Areopagitarum unus, rei indignitatem non amplius ferens, prodit et castigat populi immodestiam, tum illa facetissima responsio a populo: *ἴσμεν, ὦ Πύῤῥανδρε, ὅτι οὐ δεῖ γελᾷν τούτων* (Areopagitarum) *ἐναντίον· ἀλλ' οὕτως ἰσχυρόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὥστε πάντων ἐπικρατεῖ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν.*

## SECT. VIII.

### *De acerbitate.*

Qui omnia jucunde et simpliciter dicit, is fortasse delectabit et docebit, quanquam ne id quidem semper efficiet. Studiose enim quæsita suavitas plus afferet molestiæ, quam delectationis, et omni ornatu privata simplicitas lectorem facile fatigabit. Præterea non omnes res simplicitatem et lepores capiunt, et ante omnia, quid deceat, orator videre debet. Motus etiam in auditore ciendi et robur est addendum verbis et sententiis. Ergo orator simul et acerbe et graviter et audacter et vehementer dicere audebit. Acerbitas igitur, quæ est in vitiorum reprehensione acri, multa est apud Æschinem. Nihil enim acerbius cogitari et intelligi potest eo loco, ubi Timarchi inhumanitatem erga matrem et patruum demonstrat: (κ. Τιμάρχ. §. κ'.) *ἱκετευούσης καὶ ἀντιβολούσης τῆς μητρὸς — ἐᾶσαι καὶ μὴ ἀποδόσθαι,* (τὸ χωρίον) *ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ἐνταφῆναι ὑπολιπεῖν αὐτῇ. οὐδὲ τούτου τοῦ χωρίου ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἀπέδοτο.* Nonne hæc acerbam reprehensionem continent? Nonne inhumanus, qui matris preces, orantis, ut saltem locum sepulturæ sibi relinquat, repudiat? Tum illa non minus acerba, quæ ut facilius sentiantur simplicem sententiam ponam, *Timarchus Arignotum neglexit.* Jam, quomodo Æschines dixerit, videndum. (ibid. §. κά. med.) *παρωσάμενος ἄνδρα πρεσβύτην καὶ ἠτυχηκότα, θεῖον ἑαυτοῦ.* Hic verba singula indignitatem rei augent. Primum non dixit *ἀμελήσας*, sed *παρωσάμενος*, quod verbum majorem vim habet. Deinde non appellavit nomine Arignoti, sed senem, oculorum usu privatum, patruum Timarchi dixit. Ex eodem genere sunt illa: (ibid. §. κγ'. med.) *ἀνὴρ καὶ γυνή.* Et rursus verba *πιστεύων τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν*

in hoc loco: (ibid. §. λδ'. ante med.) Νικόδημος δ' ὁ Ἀφιδναῖος ὑπ' Ἀριστάρχου τετελεύτηκε βιαίῳ θανάτῳ, ἐκκοπεὶς ὁ δείλαιος ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθεὶς, ᾗ ἐπαῤῥησιάζετο, πιστεύων τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν. Et reprehensio neglectæ utilitatis publicæ in his verbis: (κ. Κτησιφ. §. ϛβ'. fin.) ἀπέρχεσθε ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν οὐ βουλευσάμενοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τῶν ἐράνων τὰ περιόντα νειμάμενοι. Et de Timarcho, qui imperium Andri injuste et avare administraverat: (κ. Τιμάρχ. §. κβ'.) εὐπορίαν τῇ βδελυρίᾳ τοὺς συμμάχους τοὺς ὑμετέρους ποιούμενος.

## SECT. IX.

### *De gravitate.*

Quæ oratio dicentis honestatem indicat, dignitatem præ se fert, et adhortationes ad virtutem continet, ea gravis appellatur. Quæ gravitas, etsi maxima ex parte in sententia consistit, adjuvatur tamen verborum granditate et compositionis ornatu dignitatis pleno. Quam ob virtutem notabilis est locus Æschinis, ubi judices commemorandis clarorum virorum exemplis ad justitiam et severitatem hortatur. (κ. Κτησιφ. §. ϛέ.) ὅταν δ' ἐπὶ τελευτῆς ἤδη τοῦ λόγου συνηγόρους τοὺς κοινωνοὺς τῶν δωροδοκημάτων αὐτῷ παρακαλῇ (Demosthenes) ὑπολαμβάνετε ὁρᾷν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὗ νῦν ἑστηκὼς ἐγὼ λέγω, ἀντιπαρατεταγμένους πρὸς τὴν τούτων ἀσέλγειαν, τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας, Σόλωνα μὲν, τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν, ἄνδρα φιλόσοφον, καὶ νομοθέτην ἀγαθὸν, σωφρόνως, ὥσπερ προσῆκεν αὐτῷ, δεόμενον ὑμῶν, μηδενὶ τρόπῳ τοὺς Δημοσθένους λόγους περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν νόμων· Ἀριστείδην δὲ etc. Si enim magnorum virorum facta magnam habent vim in animos legentium, quidni eorum vox et adhortatio et preces gravitatis plenæ videantur audientibus? Ergo sine omni dubitatione hæc sententia et orationis structura gravitatem habet. Quid dicam de verbis? Nonne gravissima hæc ἀντιπαρατεταγμένους, ἀσέλγεια, σχετλιάζοντα ἐπὶ τῷ τῆς δικαιοσύνης προπηλακισμῷ, ἀναστενάξαι; Rursus alio in loco (κ. Τιμάρχ. §. ιδ'. med.) διὰ τί οὖν αὐτὸν (Hegesandrum, Timarchi, hominis impuri et libidinosi, socium) καλω ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν; ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω, οἵους ἀπεργάζεται ἀνθρώπους τὸ ἐπιτήδευμα (libido) τοῦτο, ὡς καταφρονοῦντας μὲν τῶν θεῶν, ὑπερορῶντας δὲ τοὺς νόμους, ὀλιγώρως δὲ ἔχοντας πρὸς ἅπασαν αἰσχύνην.

## SECT. X.

### *De audacia.*

Orationis audacia imprimis vim dicentis declarat. Qui enim semper humi repit, tutus ille quidem a lapsu est, sed admirationem

et laudem non consequitur. At, qui audet et lubrico periculisque se committit, tametsi cadit, facile veniam invenit. Fortis enim animi et generosi magna et periculosa appetere. Timidi et humilis cogitatione periculi victoria cedere. Igitur ex oratoribus non semper ii probantur, qui consueta et vulgata sequuntur, sed qui nova atque inaudita promunt. Ut hanc laudem consequatur orator, sententias fundet a vulgari consuetudine abhorrentes et quasi periculosas. In verbis proprietatem et similitudinem non magno opere curabit, sed animi impetu se patietur abripi. Modo ne id sæpe faciat, ne, dum audere cupiat, videatur insanire. Laudandus ergo Æschines, qui quidem audax est et tamen modestus habetur, propterea, quod caute et circumspecte et raro a consuetudine et natura recessit. Putamus vero audacia esse hæc: (*κ. Κτησιφ.* §. *μζ'.* med.) *διώμνυτο* (Demosthenes) *τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν, ὡς ἔοικε, Φειδίας ἐνεργολαβεῖν εἰργάσατο καὶ ἐνεπιορκεῖν Δημοσθένει, ἦ μὴν, εἴ τις ἐρεῖ, ὡς χρὴ πρὸς Φίλιππον εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀπάξειν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐπιλαβόμενος τῶν τριχῶν.* Cum enim dicit Phidiam Minervam fecisse, ut Demosthenes ex ea lucrum capere et per eam pejerare posset, novitatem et audaciam prodit. Eodem modo, cum Timarchi avaritiam et peculatum carpit, abhorret a sermone vulgari et communi. (κ. Τιμάρχ. §. κβ'. fin.) *πολλάκις,* inquit, *ἐνεθυμήθην τὴν εὐτυχίαν τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως κατὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ κατὰ ταῦτα, ὅτι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐδεὶς ἐγένετο τῆς Ἀνδρίων πόλεως* (cujus habuerat imperium Timarchus) *ὠνητής.* Nam *εὐτυχίας* et *ὠνητοῦ* hoc loco mentionem facere, audacia. Similiter in verbis audax est, ut in illo: (*κ. Κτησιφ.* §. *οά.*) *διατετμηκὼς τὴν πολιτείαν,* et (κ. Τιμάρχ. §. ιθ'.) *οὐ μόνον κατέφαγεν* (*τὴν πατρῴαν οὐσίαν*), *ἀλλ', εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν, καὶ κατέπιεν.* Sed talia *διανοήματα σκληρὰ, αὐθάδη, παράβολα, παρακεκινδυνευμένα* recte præcipiunt rhetores *θεραπείαις, παραμυθίαις* et *μειλίγμασιν* emollire, et, ut ille satis audacter ait, *οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι ποτίμῳ λόγῳ.* Huic legi obtemperavit Æschines addendo primo in loco, *ὡς ἔοικεν,* et ultimo in loco, *εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν.*

## SECT. XI.

### *De vehementia.*

Qui persuasionem et victoriam omni modo appetit, qui auditorem non tantum docet, sed secum rapit et aufert, rebus pondus addit et auget, reum undique urget et instat, quæ ei sunt impedimento tollit et evertit, is orator vere vehemens habetur. Hic e sententiis eliget eas, quæ ad commovendos hominum animos vim habent maximam, auditores in aliena causa faciet, ut timeant, eorum vitam famamque adducet in discrimen, de fortunis et salute et rebus ca-

rissimis reddet sollicitos, rempublicam, civitatis statum, leges libertatemque violari, rumpi et vastari docebit. E verbis adhibebit gravissima, audacissima et ab usu sermonis popularis abhorrentia. Compositionis et structuræ concinnitatem suavitatemque vitabit, loquetur dissoluta, aspera, abrupta, et frequentius incisis, quam membris longis et æqualibus utetur, animorum auriumque delectationem non curabit. Jam cum hac vehementiæ notione comparanda sunt quædam loca Æschinis (*κ. Κτησιφ.* §. *ξϛ'.*) *εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα, ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς τὸ δικαστήριον. ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ τῇ δημοκρατίᾳ· τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ, τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι καὶ τοῖς εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγουσιν. ἐπειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. ὅστις μὲν οὖν ἐν τῇ τιμήσει τὴν ψῆφον αἰτεῖ, τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν παραιτεῖται· ὅστις δὲ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν ψῆφον αἰτεῖ, ὅρκον αἰτεῖ, νόμον αἰτεῖ, δημοκρατίαν αἰτεῖ, ὧν οὔτε αἰτῆσαι οὐδὲν ὅσιον οὐδενὶ, οὔτ' αἰτηθέντα ἑτέρῳ δοῦναι. κελεύσατε οὖν αὐτοὺς ἐάσαντας ὑμᾶς τὴν πρώτην ψῆφον κατὰ τοὺς νόμους διενεγκεῖν, ἀπαντᾷν εἰς τὴν τίμησιν.* Simplicius hæc dixisset sic: *ἐγχεῖται τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ, τῷ κατηγόρῳ· τὸ δὲ δεύτερον, τῷ φεύγοντι· τὸ δὲ τρίτον, τοῖς δικάζουσιν.* At longe vehementius illo modo. Rursus, quæ in fine dixit, *ὅρκον αἰτεῖ, νόμον αἰτεῖ, δημοκρατίαν αἰτεῖ,* ea omnia jam erant comprehensa in verbis *τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν παραιτεῖται.* Cum autem judices jurisjurandi, legum, libertatisque admonet, longe sunt vehementiora. Etiam verba adjuvant vehementiam, veluti *τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας,* et durior ejusdem verbi *αἰτεῖν* repetitio. Jam cum in alia oratione (*κ. Τιμάρχ.* §. *λζ'.*) appellat judices, eos infamia terret, et disciplinæ liberorum admonet, *τίνα δὲ ἔχων ἕκαστος* etc. et paulo post, cum negligentiam eorum causam calamitatum reipublicæ facit, *εἶτα τί θαυμάζομεν τὴν κοινὴν ἀπραξίαν*; Quid dicam de his (ibid. §. *ιή.*) *τίς γὰρ ἢ τῶν λωποδυτῶν ἢ τῶν κλεπτῶν* etc. aut de hoc loco (*κ. Κτησιφ.* §. *νθ'.*) *πότερον ὑμῖν* etc. ubi clarorum virorum res gestas comparat cum improbitate Demosthenis, illorum præmia tenuia et modestiam cum hujus arrogantia et cupiditate contendit, in judices invehitur, eosque rogat, utrum eis præstantior videatur Miltiades et Themistocles, an Demosthenes, de quo hæc addit: *ἀλλ' ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς ὀλυμπίους, οὐδ' ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἄξιον ἡγοῦμαι μεμνῆσθαι τοῦ θηρίου τούτου καὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν.*

## SECT. XII.

### *De concinnitate et figuris.*

Ex apta verborum, incisorum, membrorumque orationis structura et conjunctione oritur concinnitas. Hanc nec plane negligere de-

bet orator, nec nimis studiose affectare. Dissoluta enim oratio et divulsa et hians non solum auribus moleste accidit, verum etiam intellectum et perspicuitatem turbat. Nimia vero concinnitas et voluptatis auriumque apertum aucupium artem prodit, probabilitatem impedit, oratoris in minutis rebus puerile studium culpat tædiumque auditoribus affert. Hanc quorundam vanitatem ita per omnem orationem Æschines vitavit, ut apud eum non quæsita et aperta et immodica, sed nata, moderata et celata lateat concinnitas. Comparia vero et opposita similiterque conclusa et cadentia et omnem illam supellectilem, ad ostentationem magis, quam ad utilitatem comparatam, consulto neglexit. Alienum enim a certamine vero et in capitis periculo turpis est verborum lusus et argutiarum studium. Ne vero esset fluctuans et confragosa oratio, literarum asperum concursum et strepitum, vocalium hiatum et frequentem vicinitatem cavit, et ubique lenitatis et λειότητος aurium judicio curam gessit. Hanc enim causam esse judico, cur ejus orationes tam jucundæ sint legentibus, quamvis non ignorem, gratiam, quæ fusa est per totam orationem, hanc imprimis sibi laudem vindicare. Figurarum, de quibus vix est opus dicere, eadem est ratio. Si enim in tempore et parce adhibeantur, orationem illustrant et distinguunt, ornatum declarant, suavitati inserviunt et sententiis robur addunt. Hujus generis est præteritio (κ. Κτησιφ. §. κ'.) τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λέγειν etc. asyndeton (ibid. §. ξζ'. fin.) κλέπτεις τὴν ἀκρόασιν, polysyndeton (κ. Τιμάρχ. §. ιβ'.) καὶ μὴ μόνον etc. anaphora (κ. Κτησιφ. §. ξή. fin.) ἐπὶ σαυτὸν καλεῖς etc. sermocinatio (κ. Τιμάρχ. §. ιζ'. med.) ἔστιν οὖν ἡ μάρτυς etc. quæ figuræ ab Æschine omnes in tempore, utiliterque sunt adhibitæ.

## SECT. XIII.

*De vitiis quibusdam elocutionis.*

Sed hic tantus orator, qui ubique personarum, rerum et decori habuit rationem, qui tenuia tenuiter, mediocria moderate, gravia sublimiter dixit; is tamen in quibusdam locis sui est dissimilior et ingenii fraude se abduci passus est ad puerilem lusum. Quis enim eum ferat, cum dicit de Demosthene, qui ob plagas a Midia capite acceptas pecuniam acceperat, (κ. Κτησιφ. §. ος'. fin.) οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ πρόσοδον κέκτηται? Quæ enim similitudo inter κεφαλὴν et πρόσοδον? Quis porro non frigoris accuset, cum eundem Demosthenem appellat (ibid. §. ϛγ'.) λῃστὴν πραγμάτων ἐπ' ὀνομάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα? λῃστὴν πραγμάτων gravissime dixit. Reliqua, quia sunt dissimilia et sensum non habent, frigent. Quis enim verbis tanquam navi utatur, aut quis per civitatem tanquam per mare navigare possit? At risum captare voluit. Audio. Puto sane e nau-

tis multos adfuisse, qui probarent; addo etiam, si placet, e scurris nonnullos. Sed alienus est risus ab hoc loco et a priorum verborum gravitate. Eodem modo peccavit in his (κ. Τιμάρχ. §. λβ'.) πάντες γὰρ ἂν τοῦθ' ὁμολογήσαιμεν etc. Etenim et hoc loco impudentiam et flagitia adversariorum ad risum traxit. Sed talia severitatem, iram et odium flagitant. Lepidus ille quidem locus, et tractandi sedulitas, repetitiones, verborumque abusus magnam suavitatem afferunt, sed honestati et decoro posthabenda jucunditas. Ipse etiam videtur animadvertisse turpitudinem rei, quam ut excusaret, addidit, ἔπειτα καὶ τὴν εὐήθειαν τοῦ λόγου τούτου ῥᾴδιόν ἐστιν ἐξετάσαι, et paulo post, μὴ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον, ἀλλὰ γινόμενον τὸ πρᾶγμα νομίσαθ' ὁρᾶν. His addo alia quædam minora vitia verborum singulorum. Cum enim de Timarcho dicit, eum (ibid. §. ζ'.) καταγελάστως κεχρῆσθαι τῷ σώματι, non videtur indignitatem rei satis idoneo verbo declarasse. Melius fortasse et gravius dixisset, ἀναισχύντως, ὑβριστικῶς, aut alio modo. Rursus comica quædam verba admiscuit, veluti (κ. Κτησιφ. §. οά. init.) βαλαντιοτόμοις, (ibid. §. πγ'. fin.) ἄνθρωπος ἐξ ὀνομάτων συγκείμενος. Similia sunt, (ibid. §. ξή.) ῥήμασι τὴν πολιτείαν [τοὺς νόμους] ἀναιρεῖν. Arguta nimis hæc: ἐφθόνησέ μου ταῖς διαβολαῖς. Temere duobus in locis inculcatum ὁ τὴν ἀνόμοιον ἔχων ἐπωνυμίαν. Audacia nimis hæc: (π. Παραπρεσβ. §. ιέ.) φθέγγεται τὸ θηρίον τοῦτο προοίμιον σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ. Si enim τὸ τεθνηκὸς referatur ad προοίμιον, ut verborum structura jubet, modum non tenuit; sin ad θηρίον, nimis est divulsum. Frigide additum vocabulum τῶν εἰρημένων. (κ. Κτησιφ. §. πγ'.) Si enim τῶν Σειρήνων repetiisset, elegantius haud dubie fuisset. Placuit hunc locum adscribere, tum, quia brevior est, tum, quia sic de eo facilius lector judicare potest. De Demosthene igitur dicit: ἀφομοιοῖ γάρ μου τὴν φύσιν ταῖς Σειρῆσιν, ὡς ἔοικε. καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνων οὐ κηλεῖσθαί φησι τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' ἀπόλλυσθαι, διόπερ οὐκ εὐδοκιμεῖν τὴν τῶν εἰρημένων μουσικήν. Atque hæc in Æschine eo magis mira videri debent, quia Demostheni verborum πικρίαν et περιεργίαν objecit, et in verborum delectu aliis in locis vehementer excellit. His addere liceat brevem admonitionem de repetitionibus, quæ crebræ sunt quidem apud eum, excusari tamen facile possunt. Nam in orationibus, quæ tantum leguntur, tædium afferunt. Attentior enim lector indignatur sibi eandem rem sæpius dici. At in orationibus judicialibus et omnino in iis, quæ habentur, magnam habent utilitatem, et auditor, qui est legentibus negligentior, ea fert facilius. Memoriam enim adjuvant et judices ad cognoscendam causam reddunt idoneos.

## SECT. XIV.

*De virtutibus elocutionis, quas non habet.*

Πιθανότητα, ἀλήθειαν, et τὸ πεποιθότως εἰπεῖν merito in maximis virtutibus habent rhetores. Harum autem virtutum exigua laus ei tribui potest. Nec tamen hoc in universum dixerim. Infra enim ipse eum probabilem esse docui. Sed dum ubique fere artificiose, callide et subdole pugnat, dum causam omni modo adjuvare studet, dum lenitatem et mansuetudinem aperte nimis præ se fert, sibi ipse diffidere videtur, artem prodit, fidem impedit, persuasionem tollit. Qui enim Lysiæ orationes legit, adversarium statim judicat malignum et improbum, dicentis probitatem laudat, innocentiam dolet, causam veram putat. At, qui Æschinem audit, orationis copia obruitur, arte se deceptum dolet, lenitatem timet, argumentorum vi resistere nequit, veritatem et mendacium eodem modo suspectum habet. Brevitatem, quæ conjuncta cum perspicuitate orationi magnam vim et suavitatem conciliat, similiter fere neglexit. Contra copiosus et amplus est, ut interdum Demosthenes torrentis modo, de monte ruentis, quæ ei sunt impedimento, secum rapit et evellit, ita Æschines, Nilo similis, improviso aquarum confluxu crescit, littora excedit, longe atque late sensim omnia inundat.

# PARS II.

## SECT. I.

*Argumentum partis secundæ. De inventione, delectu, ordine et artificio locorum quorundam.*

Alteram hanc partem, quæ πραγματικὰς virtutes Æschinis explicat, ita descripsimus. Primum exponemus de inventione, delectu, ordine et locorum quorundam artificio, secundo de orationis partibus, exordio, narratione, argumentis et peroratione, denique conclusionis loco formam eloquentiæ Æschinis exprimere conabimur. Inventionis, ut opinor, duæ sunt virtutes, copia et facilitas. Nam ille demum laudandus est, qui partim ad unam rem firmandam multa reperire potuit, partim ea potissimum, quæ cum causa arcte cohærent et auditorum cuique facile in mentem venire potuerunt. Jam copia inventionis ita valet Æschines, ut non solum acutissime animadvertat, quæ insint in re ad persuasionem idonea et excogitari possint ab oratore rerum usu exercitato, sed et ea reperiat, quæ fortasse nemo alius reperire et videre potuerit. Vim et copiam inventionis maxime eo in loco demonstravit, ubi imperatori illi ejusmodi defensionem tribuit, e qua sibi uberrimam dicendi co-

piam suppeditat, et ubi testibus, infamiam timentibus, destitutus, Timarchum, impuræ vitæ accusatum, præjudicio populi, conscientia judicum, famæ veritate et vi, Euripidisque versibus urget, seque ductis e natura flagitii argumentis ob testium inopiam excusat, et crimen probabile reddit. Facilitas inventionis agnoscitur, si orator rebus notis et vulgatis et cum causa conjunctis, ideoque ad persuadendum accommodatissimis, utiliter et prudenter utitur. Hujusmodi sunt ea, quæ de statua Solonis ejusque habitu modesto in reprehensionem impudentiæ Timarchi dixit, et de frugalitate majorum in tribuendis præmiis publicis ad faciendam Demostheni invidiam. Hæc enim omnia auditores norant, omnes Solonis statuam viderant et de Miltiadis aliorumque præmiis publicis audierant, ut adeo hæc ab oratore commemorari a causa nullo modo alienum et inopinatum sit. Ex inventorum multitudine utilissima eligere oratoris consilium et prudentiam postulat. Hac in re oratorum alii immodici, effusi, effrenes, orationis copiam et impetum ruere sinunt, magisque obruunt, quam docent auditores; alii severi, jejuni, avari et nil nisi maxime necessaria ad fidem faciendam adhibent; alii inter utrumque medium tenent, faciles, jucundi, florentes, ornati et quasi profusi, vel, melius ut dicam, liberales. Ex hoc genere Æschines est. Nam et argumentis utitur firmissimis, et inutilia et noxia omittit, et istorum severitatem suavitate et ornatu temperat, illorum luxuriam et abundantiam coercet et amputat. Nihil enim alienum, nihil, quod abesse velis in ejus orationibus additum superesse reperias. Ordinem in orationibus sequitur eum, qui est maxime utilis causæ. In illa igitur violatarum legum contra Ctesiphontis psephisma instituta actione deinceps ordine exponit, quid contra leges scripserit Ctesiphon. Ergo primum docet Demosthenem pecuniæ theatrali et reficiendis muris præfectum adeoque reddendis rationibus obnoxium non debuisse donari aurea corona. Deinde nec legitimo in loco factam esse renunciationem. Denique demonstrat Ctesiphontem mentitum esse in psephismate, neque enim Demosthenem esse virum bonum et reipublicæ benevolum. Duo illa priora scriptis publicis et legibus confirmat. Postremum ita docet, ut *πολιτείαν* Demosthenis in quatuor tempora dividat, cumque omnibus his temporibus vel noxium vel inutilem fuisse reipublicæ ostendat. Sed antequam ad has accusationis partes pervenit, nescio, cur post exordium Demosthenem *ὑπεύθυνον* fuisse doceat, nisi forte auditorum voluntatem erga hanc accusationem experiri voluit. Hoc certe molestum fuit legenti, quod dicit (*κ. Κτησιφ.* §. *ι.*) *ὅτι δὲ ὄντως ἦν ὑπεύθυνος ὁ Δημοσθένης — ταῦτ' ἤδη πειράσομαι ὑμᾶς διδάσκειν ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων.* Nam et antea docuerat eum vere fuisse reddendis rationibus obnoxium. In oratione contra Timarchum, quæ est

δοκιμασία, primum commemorat leges de disciplina publica, deinde vitam Timarchi ad has leges examinat. Hic facile apparet, primam orationis partem difficilem habuisse tractationem. Leges enim separatim spectatæ, sine examine vitæ, videri poterant quodammodo imprudenter divulsæ a causa ipsa. Sed hoc non sine summa prudentia fecit. Crimen enim, quod deferebat, negligebatur, et reus ob multos a se gestos magistratus erat clarus et nobilis. Igitur per leges, ob legislatorum summam auctoritatem apud Athenienses sanctas et inviolabiles, orationi suæ debuit aperire viam in audientium animos. Et leges semper ita tractavit, ut eas ubique conjungeret cum causa, et Timarchum reprehenderet. In oratione de falsa legatione ne quidem propositionem posuit, sed ad crimina Demosthenis ita respondet, ut incipiat ab iis, quibus maxime fidebat, a narratione de pace per Philocratem et Demosthenem cum Philippo facta, deinde reliquorum criminum refutationem de Cersoblepte et Phocensium excidio addit, et diluendo crimine proditionis defensionem terminat. Ergo ubique, quod ab initio dixi, maxime utilitatis in ordinanda oratione habuit rationem, quod in orationibus judicialibus unice sequendum puto. Jam, ut artificium orationis quodammodo appareat, loca quædam indicabo, quæ oratoris calliditatem et prudentiam manifeste declarant. Difficilis sane ad explicandum res magisque apta interpretis admonitioni, quam disputantis demonstrationi. Ejusmodi enim locorum præstantia plerumque melius ex toto, quam ex partibus separatim spectatis cognoscitur. Neminem autem puto fore ita alieno animo ab Æschine, quin ei, si reperiat, eum sæpe uno loco duo aut plura effecisse, prudentiæ et peritiæ laudem tribuat. Atqui id sæpissime perfecit. Sic (π. Παραπρεσβ. §. λδ'.) eo in loco, ubi Demosthenis orationem, quam in secunda legatione ad Philippum sui commendandi causa habuerat, recenset, denuo factæ per eum et Philocratem cum Philippo pacis et societatis, studii erga ejus legatos et hospitii et criminum omnium, quæ ei antea (ibid. §. ζ'.) objecerat, memoriam renovat et ipsius adversarii oratione et testimonio utitur ad eum criminandum. Item, ubi Ctesiphonti defensionis ordinem præscribit, facit, ut judices omnium accusationis partium recordentur. Jam cum judicibus et reis assensum extorquet, ut hoc in loco, ubi hæc ad judices dicit: (κ. Τιμάρχ. §. ιγ'.) περὶ οὗ (Hegesandri, socii Timarchi) πάλαι εὖ οἶδ' ὅτι θαυμάζετε, διότι οὐ μέμνημαι. οὕτως ἐναργές ἐστιν, ὃ ἐρῶ, et alibi, ubi de Ctesiphonte et Demosthene hæc prædicat (κ. Κτησιφ. §. σέ.) περιέρχονται τὴν ἀγορὰν ἀληθεῖς κατ' ἀλλήλων ἔχοντες δόξας καὶ λόγους οὐ ψευδεῖς λέγοντες. ὁ μὲν γὰρ Κτησιφῶν οὐ τὸ καθ' αὑτόν φησι φοβεῖσθαι· ἐλπίζει γὰρ δόξειν ἰδιώτης εἶναι, ἀλλὰ τὴν τοῦ Δημοσθένους ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίαν φησὶ φοβεῖσθαι καὶ τὴν ἐμπληξίαν καὶ δειλίαν. ὁ δὲ Δημοσθέ-

*νης εἰς αὐτὸν μὲν ἀποβλέπων θαῤῥεῖν φησίν. Τὴν δὲ τοῦ Κτησιφῶντος πονηρίαν καὶ πορνοβοσκίαν ἰσχυρῶς δεδιέναι.* Jam conclusio oratoris ex his istorum hominum sermonibus longe callidissima: *τοὺς δὴ κατεγνωκότας ἀλλήλων ἀδικεῖν, μηδαμῶς ὑμεῖς οἱ κοινοὶ κριταὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύσητε.* Rursus alio in loco (ibid. §. κ'.) *ἀλλ' ἐκεῖνο φοβοῦμαι,* inquit Æschines, *μή μοι παρ' ὑμῶν ἀπαντήσῃ τὸ δοκεῖν μὲν ἀληθῆ λέγειν, ἀρχαῖα δὲ καὶ λίαν ὁμολογούμενα. καίτοι, ὦ Κτησιφῶν, ὅτῳ τὰ μέγιστα τῶν αἰσχρῶν οὕτως ἐστὶ πιστὰ καὶ γνώριμα τοῖς ἀκούουσιν, ὡς τὸν κατήγορον μὴ δοκεῖν ψευδῆ λέγειν, ἀλλὰ παλαιὰ καὶ λίαν προσωμολογημένα. πότερα αὐτὸν δεῖ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι ἢ ψέγεσθαι, καί σε τὸν ψευδῆ καὶ παράνομα τολμῶντα γράφειν, πότερα χρὴ καταφρονεῖν τῶν δικαστηρίων ἢ δίκην τῇ πόλει διδόναι;* Jure ergo Æschines, qui ubique, quid causæ prosit, et quid persuasionem adjuvet, intelligit, *κατὰ μέθοδον δεινότατος* habetur.

## SECT. II.

### *De exordio.*

Initium orationis, quod exordium appellant et auditorem ad audienda reliqua idoneum reddere judicant, benevolum eum reddit, attentum, docilem. Quod, quomodo efficiat orator, non magis præceptis rhetorum, quam exemplis orationum Æschinis cognoscendis apparebit. Igitur ea statim ponam, et quæ eorum sint virtutes breviter ostendere conabor. Exordium orationis in Timarchum est hujusmodi: *Οὐδένα πώποτε τῶν πολιτῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε γραφὴν γραψάμενος, οὔτ' ἐν εὐθύναις λυπήσας· ἀλλ' (ὡς ἔγωγε νομίζω) μέτριον ἐμαυτὸν πρὸς ἕκαστα τούτων παρεσχηκώς· ὁρῶν δὲ τήν τε πόλιν μεγάλα βλαπτομένην ὑπὸ Τιμάρχου τουτουῒ, δημηγοροῦντος παρὰ τοὺς νόμους, καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ συκοφαντούμενος (ὃν δὲ τρόπον, προϊόντος ἐπιδείξω τοῦ λόγου) ἕν τῳ* (Wolfius *ἕν τι* legendum putat) *τῶν αἰσχίστων ἡγησάμην εἶναι, μὴ βοηθῆσαι τῇ τε πόλει πάσῃ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν, καὶ ἐμαυτῷ. εἰδὼς δὲ αὐτὸν ἔνοχον ὄντα, οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως· ἐπήγγειλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν ταυτηνί· καὶ, ὡς ἔοικε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οἱ εἰωθότες λόγοι λέγεσθαι ἐπὶ τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν, οὐκ εἰσὶ ψευδεῖς. αἱ γὰρ ἴδιαι ἔχθραι πολλὰ πάνυ τῶν κοινῶν ἐπανορθοῦνται. τοῦ μὲν οὖν ὅλου ἀγῶνος φανήσεται οὐθ' ἡ πόλις αἰτία οὖσα Τιμάρχῳ, οὐθ' οἱ νόμοι, οὐθ' ὑμεῖς, οὔτε ἐγώ· ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ἑαυτῷ. οἱ μὲν γὰρ νόμοι προεῖπον αὐτῷ αἰσχρῶς βεβιωκότι μὴ δημηγορεῖν, ἐπίταγμα, ὥς γε δὴ ἐγὼ κρίνω, οὐ χαλεπὸν ἐπιτάξαντες· ἀλλὰ καὶ πάνυ ῥᾴδιον. ἐμὲ δ' ἐξῆν αὐτῷ, εἰ ἐσωφρόνει, μὴ συκοφαντεῖν. περὶ μὲν οὖν τούτων μετρίως ἐλπίζω μοι προειρῆσθαι.* Jam quid orator potuit dicere ad commendationem sui aptius, ad criminandum adversarium gravius, ad declarandum totius

orationis argumentum accommodatius criminisque magnitudinem significandam efficacius? Nonne cum se moderatum et ἀπράγμονα et reipublicæ amantem ostendit, sibi reddit auditores benevolos? Cum reipublicæ periculum a Timarcho imminere docet, attentos? Cum, de quibus sit dicturus, aperit, dociles? Tum altera exordii pars, quæ pertinet ad verba καὶ ὑμᾶς αὐτῶν (τῶν νόμων) ἐπέστησαν φύλακας, ubi democratiam legum auctoritate fulciri, malorum civium pœnis ab interitu vindicari, et legislatores civium disciplinæ maximam semper curam gessisse docet, ita non solum apte cohæret cum reliqua oratione, sed et hanc opinionem in judicibus excitat, ut putent, se non de salute unius hominis, sed de libertate suaque ipsorum salute judicare. In oratione de falsa legatione statim ab initio judices, magnitudine periculi sui et adversarii audacia et crudelitate demonstranda, in suas partes trahit, sententiis e re natis et utilibus docet, Demostheni fidem derogat, παράδοξα dicendo judices reddit attentos, crimina diluit, fiduciam præ se fert, accusationis vitia ostendit, et se ad omnia deinceps responsurum promittit. Restat tertium exordium orationis contra Ctesiphontem. Qui hoc exordium, ὡς τραγικὸν καὶ περιττὸν καὶ ἐπιλόγῳ μᾶλλον ἐοικὸς reprehenderunt, (v. argument.) ii nec videntur cogitasse aliud exordium convenire vehementiæ accusantis et defendentis modestiæ, nec intellexisse opus fuisse, ut orator crimen augeret. Res enim in tanta reipublicæ perturbatione et calamitatibus negligebatur, et Demosthenes, quem accusator maxime petebat, ob magna in rempublicam beneficia et eloquentiam diligebatur. Ergo opus erat, ut Æschines omni modo crimen augeret et reipublicæ salutem in severe judicandis παρανόμων γραφαῖς positam esse doceret.

## SECT. III.

### *De narratione.*

Narratio est rei gestæ ad cognitionem causæ et dicentis utilitatem comparata explicatio. In eis sunt quædam, ubi orator nihil nisi partes rei gestæ necessarias breviter et perspicue deinceps ordine exponit, aliæ, ad quas sibi præparatione auditorum viam munit, impedimenta removet, argumentis interjectis firmat, sententiis illustrat, moribus admiscendis probabiles et jucundas reddit, adversariorum crimina auget, et omni modo utiliter ad causam ornat. Sic in oratione de falsa legatione narratione simplici et aperta docet, non se, sed Philocratem et Demosthenem auctores pacis cum Philippo fuisse. Mox huic narrationi nectit aliam instructam et ornatam de iis, quæ facta erant a X illis legatis ad Philippum de bello componendo missis, inde ab itinere ad legationem usque ad reditum et legationis redditas Athenis rationes. Consilium hujus

narrationis est reprehensio Demosthenis et defensio Æschinis, qui inter legatos illos fuerant. Quia hujus narrationis supra jam mentionem feci, duarum aliarum narrationum exempla ponam, et quid in iis sit probandum explicabo. Timarchus erat quidam, homo non ignobilis, orator civitatis. Is cum Demosthene Æschinis nomen ob legationem modo dictam detulerat. Ut ergo adversarium, hominem improbum et libidinosum, prius lacessitus ulcisceretur Æschines, ex lege Solonis de oratorum disciplina *δοκιμασίαν* ei denunciaverat. Hinc maxima pars accusationis in enarrandis flagitiis Timarchi versatur. Post excusationem et præparationem auditorum, ne moleste ferant, si de Timarchi vita dicturus, cogatur interdum rerum minus honestarum mentionem facere, Æschines hæc narrat: (*κ. Τιμάρχ.* §. *ί.*) *Μισγόλας ἐστί τις Ναυκράτους, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Κολυττεὺς, — ἀκολάστῳ περὶ ταῦτα, ὡραῖος ὤν.* Hujus narrationis summum artificium haud alia ratione magis apparebit, quam si brevem summam rerum necessariarum fecerimus, et quid ab oratoris ingenio profectum sit, consideraverimus. Brevius dicere potuit sic: *Μισγόλας ἐμισθώσατο Τίμαρχον καὶ ἔσχε παρ' ἑαυτῷ, νέον ὄντα καὶ ἀσελγῆ, αὐτὸς ἀκόλαστος ὤν.* Sed cur orator illo modo potius narravit? Primum ut narratio esset perspicua et *ἐναργής*. Hoc effecit servato rerum ordine et consecutione notandisque *περιστάσεσι.* Secundo, ut esset probabilis et morata. Hoc est consecutus, notandis moribus Misgolæ, Timarchi et suorum ipsius. Tertio, ut gravius reprehenderet Timarchum, qui non coactus inopia, sed suadente libidine et luxuria tantum flagitium perpetrasset. Quarto, ne esset inficeta et honestis auribus molesta, turpitudinem facti verbis honestioribus caste texit. Quinto, ut esset brevis, nullum verbum temere addidit. Relegentibus narrationem ipsam omnia, quæ dixi, erunt perspicua, et omnes Æschinis eloquentiam, quoad narrationes, admirabuntur. Paulo post de eodem Timarcho et Hegesandro, istius in improbitate socio, quam contumeliose tractarint Pittalacum, quocum Timarchus habuerat consuetudinem, Hegesandro tamen accedente repudiaverat, ita narrat, ut risum vix tenere lector possit. (ibid. §. *ιγ'.*) *μεθυσθέντες γάρ ποτε καὶ αὐτοὶ* (Timarchus et Hegesander)—*δίκην ἑκατέρῳ αὐτῶν λαγχάνει.* Hic ante omnia animadverti debent mores Timarchi, Hegesandri et Pittalaci. Illos statim reddit notos ab ebrietate, a sociis, a violenta irruptione et nocturna, a petulantia, a crudelitate, a timore, et libidine. Hunc Pittalacum, recensenda ejus supellectili, damno, plagis, clamore, denudatione corporis, supplicatione, concursu hominum, blanditiis et irrisione Timarchi, inopinato e foro reditu et ira, ita describit, ut ea omnia videre et rem vere factam putes. Tum illa longe facetissima, ubi in verbo *ὑπεραγανακτήσας* rationem consilii Pittalaci reddit, Timarchi blanditias

et formam ridet et elegans abusus verbi τῶν δικαίων. Item acerbissima reprehensio Timarchi in verbis ἀλλ' ἔτι χρήσιμος et oratoris moderatio, quæ apparet ex his ὧν οὐ βούλομαι τὰ ὀνόματα λέγειν. Hæc omnia hanc narrationem reddunt perspicuam, apertam, probabilem, moratam et jucundam. Post has tam pulcras et elegantes narrationes superfluum foret addere alias, eligere vero præstantiores difficillimum. Tametsi enim sunt diversæ, laudabiles tamen omnes.

## SECT. IV.

### *De argumentis.*

Ut iis, quæ ab oratore dicuntur, auditor fidem habeat, tribus modis efficitur. Etenim auditor rem veram putat, vel argumentis motus, vel quia aliquam de moribus dicentis opinionem habet, vel quia aliquo modo est affectus. Ergo primum est dicendum de argumentis, deinde de moribus, denique de affectibus. In argumentis nihil nisi tractationem considerabimus. Hoc enim est proprium oratori. Reliqua communia cum multis. Nam et dialectici de argumentis præcipiunt, et quilibet in sua arte argumenta invenit et inventis utitur. Nemo tamen, nisi orator, de eorum elocutione et tractatione ad popularem intelligentiam et persuasionem apta, sollicitus esse solet. Prima argumentorum tractandorum virtus, quam Æschini tribuimus, est præparatio auditorum, qua sibi viam munit et benevolos attentosque reddit ad percipiendam vim argumentorum. Sic in oratione contra Timarchum (κ. Τιμάρχ. §. θ'.) ubi ad alteram de vita improba Timarchi partem transit, utitur præparatione, rogatque auditores, ne sibi vitio vertant, si de tantis flagitiis ejus dicturus interdum cogatur verbis minus honestis uti, culpam in Timarchum transfert, se summa cura honesti rationem habiturum promittit, moderationem præ se fert, et multorum a Timarcho puero male factorum ne quidem mentionem se facturum docet. In oratione contra Ctesiphontem eandem rationem sequitur. Dicturus enim de Demosthenis in administranda republica προαιρέσει, duplici præparatione utitur. (κ. Κτησιφ. §. ιθ'.) Primum, quid sibi et adversario docendum sit, dilucide demonstrat, deinde per præteritionem Demosthenis vitam privatam criminatur, et ad ea, quæ contra rempublicam et cives omnes improbe fecerat, transit. Secunda virtus, non multum a prima diversa, in varietate initii argumentorum cernitur. Modo argumentationem incipit a criminibus et irrisione adversariorum, (κ. Τιμάρχ. §. κζ'. init.) modo utitur objectione, (ibid. §. ιθ'. init.) modo precibus (ibid. §. κέ. init.) attentos reddit auditores, modo inopinata irruptione (κ. Κτησιφ. §. μδ'.) terret. Ab ejusmodi initiis ad argumenti explicationem, (ἐρ-

γασίαν et ἐξεργασίαν Græci appellant) pervenit, in qua omnis vis et natura eloquentiæ consistit. Est in oratione contra Ctesiphontem (ibid. §. ή.) argumentum hujusmodi. Omnes, qui aliquam reipublicæ Atheniensis partem administraverunt, sunt ὑπεύθυνοι. Atqui Demosthenes administravit aliquam partem reipublicæ Atheniensis. Ergo est ὑπεύθυνος. Hic copiosissime explicat vocabulum *omnes*. Nam et sacerdotes, tum singuli, tum familiæ universæ, Eumolpidæ, Ceryces, et præfecti triremium et areopagitæ et senatus quingentorum, et ii, qui ullam pecuniam publicam tractarunt, sunt ὑπεύθυνοι. Demosthenem vero administrasse aliquam reipublicæ partem mox (ibid. §. ί.) alio argumento confirmat. Igitur hoc loco omisit. Alibi (κ. Τιμάρχ. §. λδ'. p. 71. v. 18.) cives improbos severe esse puniendos, multis rationibus et late docet, a periculo, quod a judicum negligentia legibus oritur, (ibid. §. λέ. init.) ab exemplo Lacedæmoniorum, (ibid. §. λέ. med.) et veterum Atheniensium, (ibid. §. λϛ'. init.) a lege Solonis, (ibid.) a singulorum securitate domestica, (ibid. §. λζ'. init.) a turpitudine judicum, (ibid.) a reipublicæ periculo, (ibid.) a detrimento disciplinæ publicæ, (ibid. §. λή. init.) A crimine proditionis (π. Παραπρεσβ. §. μϛ'.) se defendit, demonstranda atrocitate facinoris, recensenda familia sua, parente, majoribus, matre, fratribus, affinibus, conjuge, liberis, quos in Macedoniam abiens, obsides fidei suæ in rempublicam reliquerat. In refutandis adversariorum argumentis sæpe etiam eo genere argumentorum utitur, quod rhetores appellant *βίαιον*, si ex iis, quibus adversarius nititur, contraria colliguntur, quod sua natura ad persuadendum vim habet maximam. Dixerat Demosthenes, (κ. Κτησιφ. §. μδ'.) suo suasu Thebanos cum Atheniensibus fecisse societatem. Hoc, quo maxime fidebat adversarius, non solum negat, et Thebanos iniisse societatem cum Atheniensibus coactos tempore, periculo et timore docet, sed et tribus modis illo tempore Demosthenem reipublicæ damnum attulisse demonstrat. Quinta virtus est explicata argumenta concludendi subtilitas et varietas. Argumentum, quo crimen proditionis diluerat, eleganter conclusit sic: (π. Παραπρεσβ. §. μή.) *ἐρωτῶ γὰρ, ὦ 'Αθηναῖοι, εἰ δοκῶ ἂν ὑμῖν πρὸς τῇ πατρίδι καὶ τῇ τῶν φίλων συνηθείᾳ καὶ ἱερῶν καὶ τάφων πατρῴων μετουσίᾳ, τούτους τοὺς πάντων ἀνθρώπων ἐμοὶ φιλτάτους προδοῦναι Φιλίππῳ, καὶ περὶ πλείονος τὴν ἐκείνων φιλίαν τῆς τούτων σωτηρίας ποιήσασθαι; ποίᾳ κρατηθεὶς ἡδονῇ; ἢ τί πώποτε ἄσχημον ἕνεκα χρημάτων πράξας;* Hic omnia, quæ antea late tractaverat, conjungit, patriam, amicos, sacra, sepulcra majorum, parentem, liberos, conjugem, fratres, carissima nomina appellat, et, ut auditores vim argumenti sentiant, efficit. Nec hoc ei sufficit, sed novum robur addit, hoc epiphonemate adjungendo: *οὐ γὰρ ἡ Μακεδονία κακοὺς ἢ χρηστοὺς ποιεῖ, ἀλλ' ἡ φύσις, οὐδ' ἐσμὲν ἕτεροί τινες, ἥκοντες ἀπὸ τῆς*

πρεσβείας, ἀλλ' οἵους ἐξεπέμψατε. Aliud argumentum, quo docuerat, Demosthenem noxium reipublicæ fuisse, hoc epiphonemate concludit: (κ. Κτησιφ. §. μς'. fin.) οὕτως, ὡς ἔοικε, πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας ἐπιλαβομένη, δημοσίας ἀπεργάζεται συμφοράς. Sæpe etiam per ἀντίθετα, quæ rem demonstratam omnium optime declarant, argumenti vim ostendit, ut eo in loco, ubi docuerat Demosthenem etiam erga cognatos fuisse improbum. (ibid. §. κθ'.) Item alibi, ubi Timarchi vitam a conscientia et præjudicio judicum culparat, evidenter sic colligit summam argumenti: (κ. Τιμάρχ. §. ις'. fin.) οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μηδὲν μὲν ἐμοῦ λέγοντος αὐτοὶ βοᾶτε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων, ὧν σύνιστε τούτῳ· ἐμοῦ δὲ λέγοντος ἐπιλέλησθε· καὶ μὴ γενομένης μὲν κρίσεως ἐπὶ τοῦ πράγματος, ἥλω ἄν· γεγονότος δὲ ἐλέγχου ἀποφεύξεται. Sexta virtus est, ubi multorum argumentorum per ἀνακεφαλαίωσιν memoriam renovat, ut hoc in loco (κ. Κτησιφ. §. ιγ'. med.) ἀναμνήσθητε δὴ — γεγραφότα; Septima et octava virtus, cum conclusis argumentis αὔξησιν et πάθος addit. Postquam docuerat Demosthenem ἄρχοντα ἐπὶ τῶν θεωρικῶν fuisse, αὐξήσει utitur, et (ibid. §. ιά.) hunc magistratum multos alios comprehendere demonstrat. Πάθος admiscuit et (ibid. §. μή.) Thebanorum calamitates oculis judicum subjecit, postquam Demosthenem Thebanis auctorem belli fuisse dixerat. Qui ergo auditores præparat, varie argumenta tractare incipit, inchoata late explicat, adversarii verbis ipsum petit, conclusionem urget, disputatorum memoriam renovat, demonstrata auget et πάθος addit, quæ omnia fecit Æschines, is profecto populariter videtur persuadere.

## SECT. V.

### *De moribus.*

Mores, qui ad persuasionem multum conferunt, sunt vel oratoris, vel auditoris, vel eorum, qui oratione tractantur. Permagnum enim oratoris interest, aliquam in auditoribus de se opinionem aut excitare, aut conceptam confirmare. Ea pro varietate argumenti, quod oratione explicatur, varia esse debet. Nam suadentis imprimis spectatur prudentia, virtus, et benevolentia erga deliberantes. Quis enim eum consulat, qui ipse per imprudentiam et imperitiam consulere non potest? Aut quis hominem improbum auctorem consiliorum et factorum suorum, aut inimicum participem cogitatorum faciat, eique suadenti fidem habeat? Accusanti mansuetudo, lenitas et simplicitas convenit. Hominem enim κατηγορικὸν et φιλοπράγμονα et συκοφάντην quilibet, qui suam securitatem et quietem amat, odio dignum et suspectum judicat. Laudantem veritatis studium et integritas ab adulatione commendat. Defendentem innocentia, probitas et moderatio probabilem reddit. Has virtutes

vir honestus idemque orator in agendo dicendoque facile sine studio et arte indicabit. Igitur et Æschines, non profecto talis, qualem Demosthenes adversarius ejus et æmulus descripsit, ubique in orationibus, se esse virum honestum et civem bonum, luculenter demonstravit. In sua laude modestus, (κ. Τιμάρχ. §. κέ. π. Παραπρεσβ. §. ιζ'. fin.) in aliorum calamitate humanus, (κ. Κτησιφ. §. κθ'. κ. Τιμάρχ. §. κβ'.) in reprehendendis flagitiis fortis et inimicitiarum contemtor, (κ. Τιμάρχ. §. λά. med. π. Παραπρεσβ. §. κδ'. p. init.) in enarrandis factis turpioribus pudicus, (κ. Τιμάρχ. §. ιβ'. init. fin.) in accusando lenis, in suadendo gravis et honestus, (ibid. §. κέ. post med.) erga inferiores popularis, (ibid. §. ζ'. init.) in castigandis civibus improbis patriæ amans, (ibid. §. λά. fin.) in defendenda libertate reipublicæ propugnator strenuus et acer. Magnam igitur in animos audientium ejus orationes habuisse vim credibile est. Sed ad persuadendum non sufficit, si auditores aliquam de dicentis moribus habeant opinionem. Nam et ii, qui audiunt, aliquas secum afferunt opiniones et διαθέσεις, ad quas orator se accommodare debet. Has, quia propter ætatem, fortunam, studia, reipublicæ formam et alia ejusdem generis variant, non solum orator diligenter cognitas habere, verum etiam iis prudenter ad utilitatem suam uti, easque sibi contrarias mutare et conciliare debet. Inde factum est, ut Æschines inter Athenienses, qui majorum auctoritatem, libertatem, leges et litteras magno in honore habebant, ea auditorum opinione in rem suam utiliter uteretur. Sæpe enim eos laudandis majorum factis ad virtutem excitat, libertatem et leges in judicum negligentia periclitari docet, poetarum loca in reprehensionem adversariorum adhibet. Juvenes, qui aderant, honestatis reddit studiosos, et parentum, qui libenter talia præcepta audiunt, (quilibet enim liberos suos vult esse probatissimos) sibi comparat favorem. Benevolentiam erga Demosthenem et opinionem de Timarcho, homine non ignobili, callide infirmat, violenter judicibus extorquet, eosque ad iram et invidiam sollicitat et acuit. Denique mores eorum, de quibus dicitur, ita semper sunt formandi, ut cum eorum factis consentiant, probabilitatem adjuvent, et orationem moratam reddant? Jam vero diligenter perlegentibus orationes omnes, apparebit, Æschinem in describendis et notandis hominum moribus mirum esse artificem, et factorum animique humani judicem acutissimum. Nullius enim hominis fecit mentionem, cujus indolem et mores non simul verosimiliter, factis plerumque commemorandis, non meris verbis, expresserit. Omitto illos honestos viros, Solonem, Miltiadem, Themistoclem, Aristidem, senem illum Lacedæmonium, et parentem, erga filiæ impudicitiam severum, omitto mores Demosthenis, Timarchi, Hegesandri, Pittalaci, Misgolæ, imperatoris illius aliorumque, quos jam ante memoravi,

nolo enim illorum improbitatem sæpius referre, sed unius tantum viri probi virtus et honestas per Æschinem, ut inclarescat, faciam. *ἔστι γάρ τις ἐπιδημῶν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν Ἀριστοφάνης Ὀλύνθιος,* narrat orator, (π. Παραπρεσβ. §. μζ΄.) *τούτῳ συσταθεὶς ὑπό τινων καὶ πυθόμενος,* (Demosthenes accusator) *ὡς εἰπεῖν δύναται, ὑπερεκθεραπεύσας αὐτὸν καὶ προσαγαγόμενος, τοῦτον ἔπειθεν ἐμοῦ τὰ ψευδῆ καταμαρτυρεῖν πρὸς ὑμᾶς. κᾂν παρελθὼν ἐθελήσῃ σχετλιάσαι καὶ λέγειν, ὡς εἰς οἰκείαν αὐτοῦ γυναῖκα καὶ αἰχμάλωτον γεγενημένην πεπαρῴνηκα, πεντακοσίας μὲν ἤδη δραχμὰς ὑπισχνεῖτο αὐτῷ δώσειν, πεντακοσίας δ᾽ ἑτέρας, ἐπειδὰν καταμαρτυρήσῃ. ὁ δ᾽ αὐτῷ ἀπεκρίνατο, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο, ὅτι τῆς φυγῆς καὶ τῆς παρούσης ἀπορίας ἑαυτῷ οὐ κακῶς, ἀλλ᾽ ὡς οἷόν τε ἄριστα στοχάζοιτο, τοῦ δὲ τρόπου πλεῖστον εἴη διημαρτηκώς. οὐδὲν γὰρ ἂν τοιοῦτο πρᾶξαι.* Puto statim omnes, qui hæc legunt, Aristophanem, quem nunquam viderunt, tamen ob probitatem vehementer amare. Nonne enim honestus, qui calamitate et inopia pressus, dicendi peritus, blanditiis et pecunia sollicitatus, tamen turpi lucro honestatem præfert? Nonne fide dignum et probabile ejusmodi viri testimonium? Nonne sermo animi ejus voluntatisque interpres idoneus? Nonne orator, qui hæc narravit, probabilis et moratus? Verissime ergo idem de Æschine, qui mores ita eleganter diligenterque notavit, prædicari poterit, quod Halicarnassensis Dionysius de Lysia dixit: *ἁπλῶς οὐδὲ εὑρεῖν δύναμαι παρὰ τῷ ῥήτορι τούτῳ πρόσωπον, οὔτε ἀνηθοποίητον, οὔτε ἄψυχον.*

## SECT. VI.

### *De affectibus.*

Ex affectibus in orationibus Æschinis imprimis duo dominantur, ira et misericordia. Ut iram judicum concitaret, breviter commemoravit Atheniensium commoda et incommoda publica inde a Salaminia pugna ad sua tempora, et docuit, qui fuerint reipublicæ auctores laudis et reprehensionis, quam perniciosa oratorum improbitas fuerit, et quomodo rerum serie et oratorum quorundam imprimisque Demosthenis avaritia et malignitate in præsentem miseriam ceciderint. Nam hæc omnia ad faciendam Demostheni invidiam et irritandam judicum iram sunt idonea. Nonne enim cogitatione priscæ fortunæ præsentiumque calamitatum irritati auctoribus earum irascimur? Nonne odio dignorum hominum et veterum hostium recordatione erga præsentes, qui sunt in potestate nostra, severiores sumus? Nonne animus decipitur, et hos, qui adsunt, etiam præteritarum calamitatum auctores putat? Nonne miseria, qua premimur, comparata cum fortuna, qua olim clari fuimus, vehementius afficit et animos concitat? Nonne negligentiæ nostræ nos pœnitet, futuri temporis curam gerimus, et, ne sint postea

alii, qui nobis damnum afferant, pœnarum atrocitate et ultionis severitate cavemus? Ab hac vehementiori animorum commotione studioque ulciscendi ad misericordiam voluntatemque se juvandi alio in loco (π. Παραπρεσβ. §. νέ.) flexit et traduxit auditorum animos in cogitationem et sensum suæ calamitatis et miseriarum. Accusatus enim a Demosthene, potenti hoste et maligno, reique publicæ noxio, subjicit oculis judicum parentem senio confectum, morti vicinum, filii periculo trementem, fratres de republica bene meritos, consentientes, condolentes, liberos ætate et calamitate patris infelices, innocentes, eoque miseriores, quo minus magnitudinem periculi sentiunt, suam erga rempublicam benevolentiam, erga cives singulos moderationem, erga eorum liberos et disciplinam curam suam modeste commendat, animum magnum et fortem demonstrat, non mortem, sed infamiam mortis deprecatur, legibus et justitiæ judicum salutem et vitam committit, nihilque petit aliud, quam ne se iræ et ludibrio inimici, in tanta sua calamitate læti et ridentis, ad supplicium et implendam animi libidinem dedant. Jam, quid gravius ad judices flectendos dicere potuit? Aliorum enim periculi adspectu imbecillitatis suæ recordatur et indolescit animus humanus. Sua fragilitate, suo dolore ad alios juvandos impellitur. Si vero senectutis, mortis, liberorum, amicitiæ, fortunarum, hostium admonetur, tunc jam non de alieno periculo sollicitus esse solet, sed de salute sua et tranquillitate, opitulando, resistendo, omnia tentando pugnat. Bene ergo Æschines, quæ via pateat ad inferendum animis auditorum dolorem, iram, invidiam et misericordiam intellexit.

## SECT. VII.

*De peroratione.*

Non profecto mirandum foret, si Æschinem in fine orationum vis illa divina ingenii deficeret, aut ipse in exitu sui dissimilis esset. Nam et cursorem metæ propinquum spiritus viresque deficiunt, et audaciam militis vel fortissimi hostis pertinacia et atrocitas compescere et frangere solet. At hic orator nec præmio nec victoria cuiquam cedit, sed hostes jam profligatos et aversos persequitur, vestigiis inhæret, telis residuis urget, et undique se tutum reddit. In illa igitur oratione in Timarchum, commemoratis legibus, demonstrata rei improbitate, patronorum auctoritate sublata, criminum magnitudinem auget, Timarcho instat, judices concitat et terret, male factorum turpitudinem eorum animis infigit, breviter eorum, quæ dixerat, memoriam renovat, seque eorum sententiæ adesse judicem incorruptum et severum liberrime profitetur. In oratione de falsa legatione, in qua de salute, fama et fortunis om-

Εἰρημένων] Lege Σειρήνων. Brodæus. Ita exhibuit Stephanus. Ita Bern. sive fuerit Scaliger. —— Recte fortasse. Et omnes hi viderunt id quod erat necessarium. Laudo igitur quod præstiterunt: et gratias ago uberrimas, quod nonnihil nostræ quoque solertiæ reliquerunt vindicandum. Nam potuissentne hæc verba ab Æschine proficisci, scil. *Audio eum comparaturum meam vocem Sirenum cantibus, quibus non demulcetur, aut delinitur qui audit, sed ad mortem adigitur*: διόπερ οὐκ εὐδοκιμεῖν τὴν τῶν Σειρήνων μουσικήν? Quid ea observatione futilius? quid ab hoc loco alienius, etiamsi non esset futilissimum? Nimirum hoc erat Χρηστομάθεια, ut dicitur, otiosi alicujus lectoris in margine scriptitantis. Est hic, quem vocant *locum communem*: NOTA BENE DE SIRENIBUS. Tolle igitur miserrimum istud colon, et connecte ea quæ sunt Æschinis. Nam hæc non sunt, si divinare possum, aut sapere. Taylor.

Ἐμπειρίαν] Εὐπορίαν MS. Steph. Quod non erat leviter aut perfunctorie annotandum. Ita etiam Bern. Demosthenes enim, qui Æschini *silentium* exprobravit (§. οϛ'. §. οζ'. alibique) et *dicendi raritatem*, non potuit etiam multam et diutinam meditationem, non longam *experientiam*, *perpetuamque exercitationem* ei quoque objicere. Lectio itaque est εὐπορίαν, *verborum volubilitatem*, sive *copiam*. Et nescio sane, annon et hæc Vox Longino sit restituenda, §. 1. Nam ἐμπειρίαν τῆς εὑρέσεως, ut ibi scribitur, *experientiam inventionis*, Ego adhuc intelligere non potui. Verum videntur Oratores nostri ἐμπειρίαν vocare *Facultatem dicendi*, naturale istud eloquentiæ munus, sive exercitatione et usu alatur, necne. Vide Demosthenem, §. πδ'. Idem.

Τῆς αἰτίας — τὸ ἔργον] *Criminationem* id: hoc *Factum*. Supra dixit, §. νά. eodem animo, ὅμοιόν ἐστι τὸ πρᾶγμα τῇ αἰτίᾳ. Hic tamen horridiuscule dixit τὸ ἔργον τῆς αἰτίας. Immo confragosa est tota Parenthesis, τῆς αἰτίας αἰσχρὸν τὸν αἰτιώμενόν ἐστι τὸ ἔργον μὴ ἔχειν ἐπιδεῖξαι. Deinde istud αἰτίας totum continetur in v. αἰτιώμενον. Utinam sane abesset! Vide quam recte! αἰσχρὸν γὰρ τὸν αἰτιώμενόν ἐστι τὸ ἔργον μὴ ἔχειν ἐπιδεῖξαι. Idem.

Τῆς αἰτίας — τὸ ἔργον] *Veritatem criminationis: criminum quæ objecerit fundamenta in factis posita esse.* Includitur enim haud raro τῷ ἔργῳ *veritatis* quædam significatio, quod ait H. Stephanus. Simili fere sensu vocem eam usurpasse crediderim D. Paulum in Epist. ad Rom. c. 2. v. 15. Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· *veram legis materiam*: licet ipsa *verba*, quæ habeant Judæi, gentes istæ non acceperint. Stock.

λόγος ἀλλ' ἀνδρὸς στρατηγοῦ μεγάλα μὲν τῇ πόλει κατειργασμένου, λέγειν δ' ἀδυνάτου, καὶ τὴν τῶν ἀντιδίκων διὰ τοῦτ' ἐζηλωκότος φύσιν, ὅτι σύνοιδεν ἑαυτῷ μὲν οὐδὲν 453 ὧν διαπέπρακται δυναμένῳ φράσαι, τὸν δὲ κατήγορον ὁρᾷ δυνάμενον καὶ τὰ μὴ πεπραγμένα ὑφ' ἑαυτοῦ παριστάναι τοῖς ἀκούουσιν ὡς διῴκηκεν. ὅταν δ' ἐξ ὀνομάτων συγκείμενος ἄνθρωπος, καὶ τούτων πικρῶν καὶ περιέργων, ἔπειτ' ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὰ ἔργα καταφεύγῃ, τίς ἂν ἀνάσχοιτο; οὗ τὴν [1] γλῶτταν ὥσπερ τῶν αὐλῶν ἐάν τις ἀφέλῃ, τὸ λοιπὸν οὐδέν [2] ἐστιν.

πδ'. Θαυμάζω δ' ἔγωγ' ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ζητῶ πυθέσθαι, πρὸς τί ἂν ἀποβλέποντες [3] ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν. Πότερον ὡς τὸ ψήφισμά ἐστιν ἔννομον; Ἀλλ' οὐδεμία πώποτε γνώμη παρανομωτέρα γεγένηται. Ἀλλ' ὡς ὁ τὸ ψήφισμα γράψας οὐκ ἐπιτήδειός ἐστι δίκην δοῦναι; Οὐκ ἄρα εἰσὶ παρ' ὑμῖν [4] εὐθῦναι βίου, εἰ τοῦτον ἀφήσετε. Ἐκεῖνο δ' οὐ λυπηρόν, εἰ πρότερον μὲν ἐνεπίμπλατο ἡ ὀρχήστρα χρυσῶν στεφάνων, οἷς ὁ δῆμος ἐστεφανοῦτο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, διὰ τὸ ξενικοῖς στεφάνοις ταύτην ἀποδεδόσθαι τὴν ἡμέραν· ἐκ δὲ τῶν Δημοσθένους πολιτευμάτων ὑμεῖς μὲν ἀστεφάνωτοι καὶ ἀκήρυκτοι [5] γίγνεσθε, οὗτος δὲ κηρυχθήσεται; καὶ εἰ μέν τις τῶν τραγικῶν ποιητῶν τῶν μετὰ ταῦτ' [6] ἐπεισαγόντων ποιήσειεν ἐν τραγῳδίᾳ τὸν Θερσίτην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων στεφανού-

[1] γλῶσσαν T. R. [2] ἐστι. T. R. [3] ἀποψηφίσεσθε T. [4] εὐθύναι T. R. [5] γίνεσθε T. R. [6] ἐπεισιόντων T.

Μεγάλα μὲν τῇ π. κατειργασμένου] Wolf. Nam Aldus incorrecte. Taylor.

Ἐξ ὀνομάτων συγκείμενος] Vid. Dionys. Halic. π. δεινότ. Demosth. §. 35. 55. 56. Idem.

Αὐλῶν] Videntur Monachi, Antonius et Maximus, in nomine cespitasse, cum scribant, Serm. XXVIII. fin. Δημάδης τοὺς Ἀθηναίους εἴκαζεν αὐλοῖς, ὧν εἴ τις ἀφέλοι τὴν γλῶτταν, τὸ λοιπὸν οὐδέν ἐστι. Idem.

Οὐδέν ἐστι] *Nullius pretii est*: ἄχρηστον dixit Chrysostomus, qui eadem comparatione usus est, Homil. 43. sub fin. Καί τοι γε αὐλοῦ τὰς γλωττίδας ἂν ἀφέλῃς, ἄχρηστον λοιπὸν κεῖται τὸ ὄργανον· ἀλλ' οὐχ οὕτως ὁ αὐλὸς ὁ πνευματικός. Stock.

πδ'. Ζητῶ] F. ζηλῶ, et mox, ἀποψηφίσαισθε. Markland. Hoc excudit Stephanus, et confirmat Bern. Codex autem Mead. a Wolfio stat, et ab antiqua scriptura. Porro: ἀποβλέψαντες Cod. MS. Steph. Taylor.

Μετὰ ταῦτα] Per ista intelligit *statim, mox*, so. *hodie*, non *aliquando*. Markland.

Ἐπεισαγόντων] [Ita enim perpetuo exarari solet] S. τὰ δράματα. Sed malim, ἐπεισιόντων. Et [pag. 278. l. 16.] τοὺς τῶν Διονυσίων, ἐὰν μὴ δικαίως τοὺς ἐγκυκλίους χοροὺς κρίνωσι [Ald. enim κυκλίους]. Sic et paulo post fortassis [l. prox.] αὐτοὶ δ' οὐκ ἐγκυκλίων χορῶν. Wolf. M. ἐπεισαγόντων, ut est in vulgatis, nempe τὰ δράματα. Auger.

μενον, οὐδεὶς ἂν [1]ὕμων ὑπομείνειεν, ὅτι φησὶν Ὅμηρος
[2]ἄνανδρόν αὐτον εἶναι καὶ συκοφάντην· αὐτοὶ δ' ὅταν τὸν
454 τοιοῦτον ἄνθρωπον στεφανῶτε, οὐκ οἴεσθε ἐν ταῖς τῶν Ἑλ-
λήνων δόξαις συρίττεσθαι; οἱ μὲν γὰρ πατέρες ὑμῶν τὰ
[3]μὲν ἔνδοξα καὶ λαμπρὰ τῶν πραγμάτων ἀνετίθεσαν τῷ
δήμῳ, τὰ δὲ ταπεινὰ καὶ καταδεέστερα εἰς τοὺς ῥήτορας
τοὺς [4]φαύλους ἔτρεπον· Κτησιφῶν δ' ὑμᾶς οἴεται δεῖν
ἀφελόντας τὴν ἀδοξίαν [5]ἀπὸ Δημοσθένους περιθεῖναι τῷ
δήμῳ.

πέ. Καὶ φατὲ μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἔστε καλῶς 87.1
ποιοῦντες, ψηφιεῖσθε δ' ὑπὸ μὲν τῆς τύχης ἐγκαταλελεῖφθαι, ὑπὸ Δημοσθένους δ' εὖ πεπονθέναι, καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον, ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις τοὺς μὲν τὰς τῶν δώρων γραφὰς ἁλισκομένους ἀτιμοῦτε, ὃν δ' αὐτοὶ μισθοῦ πολιτευόμενον σύνιστε, [6]στεφανώσετε· καὶ τοὺς μὲν κριτὰς τοὺς ἐκ Διονυσίων, ἐὰν μὴ δικαίως τοὺς [7]κυκλίους χοροὺς κρίνωσι, ζημιοῦτε, αὐτοὶ δ' οὐ κυκλίων χορῶν κριταὶ καθεστηκότες ἀλλὰ νόμων καὶ πολιτικῆς ἀρετῆς, τὰς δωρεὰς οὐ κατὰ τοὺς νόμους οὐδ' ὀλίγοις καὶ τοῖς ἀξίοις ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ [8]δώσετε. Ἔπειτ' ἔξεισιν ἐκ τοῦ δικαστηρίου ὁ τοιοῦτος κριτὴς ἑαυτὸν μὲν ἀσθενῆ πεποιηκώς, ἰσχυρὸν δὲ τὸν ῥήτορα. ἀνὴρ γὰρ ἰδιώτης ἐν πόλει

[1] ὑμῶν T. R. [2] ἄνανδρον αὐτὸν T. R. [3] Deest μέν. T. [4] φαυλοτέρους R.
[5] ὑπὸ T. [6] στεφανώσετε; T. R. [7] ἐγκυκλίους T. [8] δώσετε; T. R.

πέ. Καλῶς ποιοῦντες] Καλῶς ἀντὶ τοῦ, Δικαίως. marg. exemplar. Eman. Καλῶς ποιοῦντες, *merito*, Brodæus. *Dicitis vos fortunatos esse, ut estis, et esse debetis:* Lambinus. *Voi dite esser felici, come veramente sete, che buon pro vi faccia.* Ferrus. Taylor. Hic intelligo καλῶς ποιοῦντες *recte agentes* i. e. ex ratione loquentes. Aliquando significat *Deûm benignitate utentes.* Auger.

Καλῶς ποιοῦντες] *Quod prosit vobis*, quod nemo vobis invideat: *che buon pro vi faccia;* Italus, recte. Sermo est approbantis rei eventum, sive is bonis bene cesserit, ut hoc loco et infra, Demosth. §. ξζ. sive etiam malis male, ut Aristophan. Plut. v. 864. καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται. Vide Budæum, p. 303. Stock.

Κριτὰς τοὺς ἐκ Διονυσίων] Πρὸς τέρψιν ἀκούειν εἰθίσθησαν οἱ πολλοὶ, καθάπερ τραγῳδῶν ἢ κιθαρῳδῶν καθήμενοι δικασταί. I. Chrysostom. Orat. de Episcop. Liquet eos omnino judicium ferre de omnibus quæ recitabantur, aut agitabantur in ludis publicis, aut in Theatro, vigente eorum potestate: ita ut cujuscunque generis erat noxa aut maleficium, ea non in aliam Curiam traheretur. Exemplum dabo. Euripides, qui Impietatis postulabatur ob notissimum illum senarium in Hippolyto,

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ———

dixit ἀδικεῖν τὸν ἀντίδικον τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα. ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Vid. Aristot. III. Rhet. 15. Taylor. Ego delerem ἐκ ut inutile. Auger.

Κυκλίους χοροὺς] Chori duplices erant: τετράγωνοι, qui tragicis comicisque adhibiti sunt spectaculis, et κύκλιοι, *orbiculares*, qui soli Dithyrambica canebant, saltabantque in honorem deorum, maxime autem Liberi patris, unde et Διονυσιακοὶ nominabantur. Stock.

δημοκρατουμένη νόμῳ καὶ ψήφῳ βασιλεύει· ὅταν δ' ἑτέρῳ ταῦτα παραδῷ, καταλέλυκεν αὐτὸς τὴν αὑτοῦ δυναστείαν. ἔπειθ' ὁ μὲν ὅρκος, ὃν ὀμωμοκὼς δικάζει, συμπαρακολουθῶν αὐτὸν λυπεῖ· δι' αὐτὸν γὰρ οἶμαι γέγονε τὸ ἁμάρτημα· ἡ δὲ χάρις πρὸς ὃν ἐχαρίζετο ἄδηλος γεγένηται· ἡ γὰρ ψῆ- 455
φος ἀφανὴς φέρεται.

ϛʹ. Δοκοῦμεν δ' ἔμοιγε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀμφότερα, καὶ κατορθοῦν καὶ παρακινδυνεύειν εἰς τὴν πολιτείαν οὐ σωφρονοῦντες. ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν νῦν καιρῶν οἱ πολλοὶ τοῖς ὀλίγοις προΐεσθε τὰ τῆς δημοκρατίας ἰσχυρά, οὐκ ἐπαινῶ· ὅτι δ' οὐ γεγένηται φορὰ καθ' ἡμᾶς ῥητόρων πονηρῶν ἅμα καὶ τολμηρῶν, εὐτυχοῦμεν. πρότερον μὲν γὰρ τοιαύτας φύσεις ἤνεγκε τὸ δημόσιον, αἳ ῥαδίως οὕτω κατέλυσαν τὸν δῆμον. ἔχαιρε γὰρ κολακευόμενος, ἔπειτ' αὐτὸν οὐχ οὓς ἐφοβεῖτο, ἀλλ' οἷς ἑαυτὸν ἐνεχείριζε, κατέλυσαν.

Δι' αὐτὸν —— γέγονε ἁμάρτημα] *Delictum ipsius ad se ipsum pertinet, in se ipsum incumbit.* Auger.

ϛʹ. Παρακινδυνεύειν] Utrum, παρακινδυνεύειν εἰς τὴν πολιτείαν, an, οὐ σωφρονοῦντες εἰς τὴν πολιτείαν? Prius magis placet, τὴν πολιτείαν εἰς κίνδυνον καθιστάναι. Aretinus: *Videmini mihi et feliciter evasisse, et in periculum venisse, parum consulte.* Melanchtho: *Videmur, cives, inconsulte tum incidisse in pericula, tum evasisse.* Perionius: *Mihi quidem videmur utrumque perfecisse, Athenienses, ut et feliciter omnia gereremus, et remp. in certum discrimen satis inconsiderate deduceremus.* Meletus: *Utrumque mihi videmur esse, Viri Athenienses, et felices et infelices, dum nostra imprudentia periclitamur de democratia.* Wolf.

Οὐ σωφρονοῦντες] Hoc pertinet ad ultimum membrum præcedentis sententiæ, *non sapienter agentes*: et dicitur eodem more, quo καλῶς ποιοῦντες, *jure, merito*, οὐ σωφρονοῦντες, *imprudenter*. Markland. Lambinus ad utrumque membrum istius sententiæ, tam κατορθοῦν, quam παρακινδυνεύειν, videtur referre: *Mihi porro videmini, Athenienses, et* consiliorum incautorum *prosperos eventus habere, et in rep. administranda omnia fortunæ temeritati permittere, nihil considerate facientes.* Venetus innominatus ita: *Videmini etenim mihi, Athenienses, non modeste admodum in horum utroque vos habuisse, et in Rep. cum prosperitate administranda, et in ejus periculis subeundis.* Longe a mente Auctoris. Etruscus ita: *A me pare, o Atheniesi, che a noi intervengan due cose contrarie, cioè, che siamo felici, e portiamo pericolo di rovinare nell' amministratione della città per nostro mal governo.* Taylor.

Ἀμφότερα — οὐ σωφρονοῦντες] *In* utroque *prudentiam vestram pariter desidero. Quod paucis de summa rerum decedatis, laudandum certe non est: quod ex ista negligentia seges oratorum malorum uberrima non provenit, non illud* prudentiæ *vestræ, sed* fortunæ *acceptum referendum est.* Omnino istud οὐ σωφρονοῦντες cum utroque sententiæ membro, tam κατορθοῦν quam παρακινδυνεύειν, non cum posteriori tantum conjungendum esse, Lambino assentior. Stock.

Κατέλυσαν] Quid audio? ῥαδίως οὕτω κατέλυσαν τὸν δῆμον ——— ἔπειτα κατέλυσαν? Repone, auctoritate mea, ῥαδίως οὕτω κατεκήλησαν τὸν δῆμον. Sequitur enim, ἔχαιρε γὰρ i. e. ὁ δῆμος, κολακευόμενος. Vox ista κατεκήλησαν, licet a nullo Scriptore Græco, ex iis qui exstant, quantum scio, usurpetur, attamen proba sit necesse est. Pollux IV. 6. n. 49. Κολακεύειν, Ὑπερκολακεύειν, Θεραπεύειν —— Ὑπάγεσθαι —— Ὑποτρέχειν —— Καταχηλεῖν, Καταθέλγειν ——— Θωπεύειν etc. Hesychius item: κατακηλούμενοι, Καταθελγόμενοι. Etym. denique M. in v. Κηληθμός. Καὶ κατεκήλησεν, ἀντὶ τοῦ, κατεπράϋνε, καὶ κατέθελξεν. Taylor.

Οὐχ οὓς ἐφοβεῖτο] Οὐχ οἳ οὓς ἐφοβεῖτο. Brodæus.

[1] ἔνιοι δ' αὐτῶν καὶ τῶν τριάκοντα ἐγένοντο, [2] οἳ πλείους ἢ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν, πρὶν τὰς αἰτίας ἀκοῦσαι ἐφ' αἷς [3] ἤμελλον ἀποθνήσκειν, καὶ οὐδ' ἐπὶ τὰς ταφὰς καὶ ἐκφορὰς τῶν τελευτησάντων εἴων τοὺς προσήκοντας [4] παραγίγνεσθαι. Οὐχ ὑφ' ὑμῖν αὐτοῖς ἕξετε τοὺς πολιτευομένους; οὐ ταπεινώσαντες ἀποπέμψετε τοὺς νῦν ἐπηρμένους; οὐ μέμνησθ' ὅτι οὐδεὶς πώποτε πρότερον ἐπέθετο τῇ τοῦ δήμου καταλύσει, πρὶν ἂν μείζω τῶν δικαστηρίων ἰσχύσῃ;

πζ'. Ἡδέως δ' ἂν ἔγωγε, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀναλογισαίμην ἐναντίον ὑμῶν πρὸς τὸν γράψαντα τὸ ψήφισμα, διὰ ποίας εὐεργεσίας ἀξιοῖ Δημοσθένην στεφανῶσαι. Εἰ μὲν γὰρ λέγεις, ὅθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ ψηφίσματος ἐποιήσω, ὅτι τὰς
456 τάφρους τὰς περὶ τὰ τείχη καλῶς ἐτάφρευσε, θαυμάζω σοῦ. τοῦ γὰρ ταῦτ' ἐξεργασθῆναι καλῶς τὸ γεγενῆσθαι [5] τούτου αἴτιον μείζω κατηγορίαν ἔχει· οὐ γὰρ περιχαρακώσαντα χρὴ τὰ [6] τείχη οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφὰς ἀνελόντα τὸν ὀρθῶς πεπολιτευμένον δωρεὰς αἰτεῖν, ἀλλ' ἀγα-

[1] ἔνιοι δὲ καὶ αὐτοὶ τῶν τριάκοντα T. R. [2] οἳ] καὶ T. [3] ἔμελλον T. R. [4] παραγενέσθαι T. R. [5] τούτων T. τοῦτο R. [6] τείχη, οὐδὲ τὰς τάφρους, οὐδὲ T. τείχη, [οὐδὲ τὰς τάφρους,] οὐδὲ R.

Ἔνιοι] Mallem, si cum Codd. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ τῶν Τριάκοντα ἐγένοντο. Markland.

Ἀκρίτους] Idem est, quod πρὶν ἀκοῦσαι. Quod si non e scholio irrepsit, ἐμφατικὸς πλεονασμὸς ἂν εἴη. Wolf.

πζ'. Ἀναλογισαίμην] Brodæus. Ita Wolf. Et [p. 282. l. 11.] διελέχθη. Idem. Ald. ἀναλογησαίμην et διειλέχθη. Taylor.

Λέγεις] Forte, λέξεις, ut mox, ἥξεις. Markland.

Τοῦ γὰρ etc.] Ita: τοῦ γὰρ ἐπαίνου τοῦ ταύτας ἐξειργάσθαι καλῶς, τὸ γεγενῆσθαι τῆς τούτων χρείας (vel ἐνδείας) αἴτιον, μείζω κατηγορίαν ἔχει. Tale aliquid sensus videtur postulare. Laus enim Demosthenis in fossis probe ducendis minor est, quam *culpa* ejusdem, cujus opera factum est, ut fossis indigeremus. Idem. Pressa fortasse nimis, et subobscura sententia. Intelligatur saltem oportet, id quod in textum etiam admitti jubet Marklandus, τοῦ γὰρ ἐπαίνου τοῦ ταῦτα ἐξεργασθῆναι — laudem *istam* culpa *hæc superat et exstinguit.* Stock.

Αἴτιον] Hæc enim fieri solent, cum jam potentiores hostes timerentur. Brodæus.

Ἀνελόντα] Alii *excitarit*: alii *diruerit*. Quid sequemur? Dicam. Nam Æschines, ubi laudari maxime debuit, ibi ne intelligitur quidem. Et certe hæc Sententia aculeum habet insignissimum. *Si muros vallo cinxerit, vel fossa muniverit Demosthenes, vel, potius, vallum et fossam refecerit: Si, inquam, ad eam rem conficiendam opera ejus et industria usa sit Resp. nostra, utilis quidem ea, sed levicula, Gratia. Idcircone autem petet ea præmia quæ conferuntur iis solis qui Remp. bene et salutariter administrant?* Ille est Tenor Argumenti. Sit sane. Sed addit τὰς δημοσίας ταφὰς ἀνελόντα. Laudibus illis quibuscunque addit opprobrium maximum, nimirum Jus Sepulcrorum violatum et imminutum. (Nam de *diruendis*, non *excitandis* intelligamus oportet.) Et bene quidem addit et amarulente. Norunt quidem omnes, qui Græcas et antiquas literas tractant, Schema esse, quod dicitur παρ' ὑπόνοιαν. Eo Aristophanes usus est plurimo et salsissimo. Verbi gratia; in aditu primæ Fabulæ occurrit,

Ἀλλ' οὔ σε κρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν
Πιστότατον ἡγοῦμαί σε — καὶ κλεπτίστατον.

θοῦ τινὸς αἴτιον γεγενημένον τῇ πόλει. Εἰ δ' ἥξεις ἐπὶ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ ψηφίσματος, ἐν ᾧ τετόλμηκας γράφειν, ὡς ἐστὶν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, ἀφελὼν τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὸν κόμπον τοῦ ψηφίσματος ἅψαι τῶν ἔργων, ἐπίδειξον [1]ἡμιν ὅ τι λέγεις. τὰς μὲν γὰρ περὶ τοὺς Ἀμφισσέας καὶ τοὺς [2]Εὐβοᾶς δωροδοκίας παραλείπω· ὅταν δὲ τῆς πρὸς Θηβαίους συμμαχίας τὰς αἰτίας ἀνατιθῇς Δη-

[1] ἡμῖν T. R.  [2] Εὐβοέας T. R.

Verum faceta hæc quidem Scurrilitas Comœdiam proprie spectat, et in risu excitando occupatur: ubi autem ea Figura ab Oratoribus frequentatur, adhibetur ad Vehementiam, et Impetum: ad lacerandum, non ad deridendum. Ecce enim ut Demosthenes conferat suæ vitæ rationem, eamque quam egit Adversarius, §. π'. Orat. de Corona. Ἐδίδασκες γράμματα· ἐγὼ δ' ἐφοίτων. ἐτέλεις· ἐγὼ δ' ἐτελούμην. ἐχόρευες· ἐγὼ δ' ἐχορήγουν. ἐγραμμάτευες· ἐγὼ δ' ἐκκλησίαζον. ἐτριταγωνίστεις· ἐγὼ δ' ἐθεώρουν. Hucusque *serio* expendit, quid intererat: Verum comparatione elatior factus, et ipso cursu quasi incensus atque inflammatus, iis quæ præcedebant, addit cum quadam δεινότητι — scil. ἐξέπιπτες· ἐγὼ δ' ἐσύριττον. Ibi enim pergit quidem in comparando utriusque vitæ instituta, sed comparationi *præter exspectationem*, ut dicitur, vehementiam quandam adjicitatque amaritudinem. Porro, §. οθ'. ejusdem Orationis, vim et commoditates Philippi confert cum rationibus, cum cunctatione, et socordia Atheniensium: Πρῶτον μὲν ἦρχε τῶν ἀκολουθούντων αὐτὸς ὢν αὐτοκράτωρ ——— εἶθ' οὗτοι τὰ ὅπλα εἶχον ἐν ταῖς χερσὶν ἀεί. ἔπειτα χρημάτων εὐπόρει, καὶ ἔπραττεν ἃ δόξειεν αὐτῷ, οὐ προλέγων ἐν τοῖς ψηφίσμασιν (ut mos erat Atheniensium) οὐδ' ἐν τῷ φανερῷ βουλευόμενος: Deinde *inopinato* addidit illud amarum, οὐδ' ὑπὸ τῶν συκοφαντούντων κρινόμενος, οὐδὲ γραφὰς φεύγων παρανόμων. Jam ut ea quæ dicta sunt ad hunc ipsissimum locum accommodemus: Themistoclis consilio factum est et periculo, ut ait Nepos in vita, uti ii muri exstruerentur, quibus jam reficiendis præponitur Demosthenes: Qui *præcepit* (hominis ipsius verbis utor) *ut omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus, sive privatus, sive publicus: et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. QUO FACTUM EST, UT ATHENIENSIUM MURI EX SACELLIS SEPULCRISQUE CONSTARENT.* Jam, cum necesse fuerit, ut, qui eos muros repararet, ille a monumentis temerandis abstinere non potuit, primo quidem loco dixit, περιχαρακώσαντα τὰ τείχη, καὶ τὰς τάφρους, sed, quod potuit etiam, et quod licebat, ex natura operis, addidit severissimum illud et inexspectatum, τὰς δημοσίας ταφὰς ἀνελόντα. Taylor.

Ἀνελόντα] Lambinus et Editt. Oxon. *excitarit* seu *exædificarit* reddunt: quo facto corruit omnis hujus sententiæ vis et lepos; qui ut rite et perfecte percipiatur, illud primum ex historia repetendum est, Themistoclis consilio factum esse et periculo, uti ii muri, quibus jam reficiendis præponitur Demosthenes, exstructi sint adeo festinanter, ut *undique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent,* οὔτ' οἰκίας, οὔτε τάφου φειδόμενοι. [Diodor. XI.] *Quo factum est*, inquit Nepos in vita Themistoclis, *ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.* Necesse igitur omnino fuit, ut qui eos muros repararet, ille a monumentis temerandis abstinere non potuit: quod tamen facinus piaculi loco habebatur. Hac ansa reprehensionis arrepta Æschines, cum Demosthenem negaverat eo præmia petere debere, quod muros obvallarit, quod fossas munierit, (quippe utilis quidem ea, sed levicula gratia:) laudibus demum illis quibuscunque inopinato subjungit opprobrium maximum, οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφὰς ἀνελόντα, *vel quod publica sepulcra diruerit.* Figura est hæc salsissima, quæ παρ' ὑπόνοιαν (*præter exspectationem*) dicitur: quando sc. iis quæ in sententia præcedebant, additur *insperatum* aliquid et amarum, ad risum excitandum, vel ad lacerandum adversarium. Cujus etiam in oratione insequenti exemplum habes celeberrimum, §. ϖ'. ἐξέπιπτες· ἐγὼ δ' ἐσύριττον. Stock.

Τὸν——πεπολιτευμένον] Τῶν ὀρθῶς πεπολιτευμένων δωρεὰς Cod. MS. H. Steph. Vide annon præstet! Non potest dici, quantum. Taylor.

Τοῦ ψηφίσματος] Ἐκ τοῦ ψηφίσματος. §.

μοσθένει, τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας ἐξαπατᾷς, τοὺς δ' εἰδότας καὶ αἰσθανομένους ὑβρίζεις. ἀφελὼν γὰρ τὸν καιρὸν καὶ τὴν δόξαν τὴν τούτων, δι' ἣν ἐγένετο ἡ συμμαχία, οἴει λανθάνειν ἡμᾶς τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα Δημοσθένει περιτιθείς.

πή. Ἡλίκον δ' ἐστὶ τὸ ἀλαζόνευμα τοῦτο, ἐγὼ πειρά-
σομαι μεγάλῳ σημείῳ διδάξαι. Ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασι-
λεύς, οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου δια-
βάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν, κατέπεμψε τῷ δήμῳ καὶ μάλ'
ὑβριστικὴν καὶ βάρβαρον ἐπιστολήν, ἐν ᾗ τά τε δὴ ἄλλα
καὶ μάλ' ἀπαιδεύτως διελέχθη, καὶ ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγρα- 88.1
ψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ· ἐγώ φησιν ὑμῖν χρυσίον οὐ δώ-
457 σω· μή μ' αἰτεῖτε, οὐ γὰρ λήψεσθε. οὗτος μέντοι
ὁ αὐτὸς ἐγκαταληφθεὶς ὑπὸ τῶν νυνὶ παρόντων αὐτῷ κιν-
δύνων, οὐκ αἰτούντων Ἀθηναίων, αὐτὸς ἑκὼν κατέπεμψε
τριακόσια τάλαντα τῷ δήμῳ, ἃ σωφρονῶν οὐκ ἐδέξατο. ὁ
δὲ κομίζων ἦν τὸ χρυσίον καιρὸς καὶ φόβος καὶ χρεία συμ-
μάχων. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὴν τῶν Θηβαίων συμμα-
χίαν ἐξειργάζετο. Σὺ δὲ τὸ μὲν τῶν Θηβαίων ὄνομα καὶ
τὸ τῆς δυστυχεστάτης συμμαχίας ἐνοχλεῖς ἀεὶ λέγων, τὰ
δ' ἑβδομήκοντα τάλαντα ὑποσιωπᾷς, ἃ προλαβὼν τοῦ
βασιλικοῦ χρυσίου ἀπεστέρησας. Οὐ δι' ἔνδειαν μὲν χρη-
μάτων, ἕνεκα πέντε ταλάντων, οἱ ξένοι τοῖς Θηβαίοις
τὴν ἄκραν οὐ παρέδοσαν; δι' ἐννέα δὲ τάλαντα ἀργυρίου,
πάντων Ἀρκάδων ἐξεληλυθότων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἑτοίμων
ὄντων βοηθεῖν, ἡ πρᾶξις οὐ γεγένηται; Σὺ δὲ πλουτεῖς καὶ
ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σαυτοῦ χορηγεῖς, καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ
μὲν βασιλικὸν χρυσίον παρὰ τούτῳ, οἱ δὲ κίνδυνοι παρ' ὑμῖν.

λδ'. fin. MARKLAND.

πή. Χρυσίον] Consule Brodæum I. Miscell. 36. TAYLOR.

Σωφρονῶν] Non, *qua erat moderatione*, sed *prudens et sapiens*, ne, labanti jam Persæ opem subministrans, Macedonis iram in se converteret. STOCK.

Οἱ ξένοι τοῖς Θηβαίοις τὴν ἄκραν] Τὴν Καδμείαν, ὡς οἶμαι, ὑπὸ Μακεδόνων κατεχομένην. WOLF.

Ἀρκάδων] L. πάντων τῶν Ἀρκάδων. MARKLAND.

Ἀρκάδων ἐξεληλυθότων] Fusius hæc tradit Dinarchus in orat. c. Demosthenem. Cum Asiatico bello distineretur Alexander, Arcades, rebus novis studentes, expeditionem ex Peloponneso moliebantur; Thebanisque, qui missis legatis supplices petebant, ut se Macedonum jugo liberarent, auxilium sese laturos annuebant, si decem sibi talenta darentur. Hæc igitur Thebani a Demosthene exposcebant, quem utique noverant tricena talenta abs Dario accepisse, quibus hostes excitaret Macedoni. Renuente autem illo ac tergiversante, Antipater decem talentûm dono Arcadas perpulit, ut se domi continerent. STOCK.

πθʹ. Ἄξιον δ᾽ ἐστὶ καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν αὐτῶν θεωρῆσαι. Εἰ γὰρ [1] τολμήσει Κτησιφῶν μὲν [2] Δημοσθένην παρακαλεῖν λέξοντα εἰς ὑμᾶς, οὗτος δ᾽ ἀναβὰς ἑαυτὸν ἐγκωμιάσει, βαρύτερον τῶν ἔργων, ὧν πεπόνθατε, τὸ ἀκρόαμα [3] γίγνεται. ὅπου γὰρ τοὺς μὲν ὄντως ἄνδρας ἀγαθοὺς, οἷς πολλὰ καὶ καλὰ σύνισμεν ἔργα, [4] ἐὰν τοὺς καθ᾽ ἑαυτῶν ἐπαίνους λέγωσιν, οὐ φέρομεν· [5] ὅταν ἄνθρωπος αἰσχύνη τῆς πόλεως γεγονὼς ἑαυτὸν ἐγκωμιάζῃ, τίς ἂν τὰ τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων; Ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἀναισχύντου πραγματείας, ἐὰν σωφρονῇς, [6] ἀποστήσει· ποιήσει δέ, ὦ 458 Κτησιφῶν, διὰ σαυτοῦ τὴν ἀπολογίαν. Οὐ γὰρ δή που τοῦτό γε [7] σκήψει, ὡς οὐ δυνατὸς εἶ λέγειν. καὶ γὰρ ἂν ἄτοπόν σοι συμβαίνοι, εἰ πρῴην μέν ποθ᾽ ὑπέμεινας πρεσβευτὴς ὡς Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου θυγατέρα χειροτονεῖσθαι, συναχθεσθησόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Μολοττῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου τελευτῇ, νυνὶ δ᾽ οὐ φήσεις δύνασθαι λέγειν. ἔπειτα γυναῖκα μὲν ἀλλοτρίαν πενθοῦσαν δύνασαι παραμυθεῖσθαι, γράψας δὲ μισθοῦ ψήφισμα οὐκ [8] ἀπολογήσει;

ϟʹ. Ἢ τοιοῦτός ἐστιν ὃν γέγραφας στεφανοῦσθαι, οἷος μὴ [9] γιγνώσκεσθαι ὑπὸ τῶν εὖ πεπονθότων, ἂν μή τίς σοι [10] συνείπῃ; Ἐπερώτησον δὴ τοὺς δικαστάς, εἰ [11] ἐγίγνωσκον Χαβρίαν καὶ Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον, καὶ πυθοῦ παρ᾽ αὐτῶν, διὰ τί τὰς δωρεὰς [12] αὐτοῖς ἔδοσαν καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν. ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται, ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν, Ἰφικράτει δ᾽ ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε, Τιμοθέῳ δὲ διὰ τὸν περί-

[1] τολμήσειε T. R. [2] Δημοσθένη T. [3] γίνεται T. R. [4] ἂν T. R. [5] ὅταν δὲ ἄνθρωπος T. [6] ἀποστήσῃ· ποίησαι T. R. [7] σκήψῃ T. R. [8] ἀπολογήσῃ T. R. [9] γινώσκεσθαι T. R. [10] συνείποι T. R. [11] ἐγίνωσκον T. R. [12] αὐτοῖς T. R.

πθʹ. Ἐγκωμιάσει] F. ἐγκωμιάσειε, ut τολμήσειε. MARKL. M. τολμήσει. AUGER.

Ὅταν δὲ] F. delendum δὲ, nisi supra legatur —— γίνεται, ὅπου καὶ τοὺς etc. MARKLAND. ὅταν δὴ ἄνθρωπος Bern. TAYLOR.

Μολοττῶν βασιλέως] Alexandri M. avunculus hic fuit, ejusque simul sororis maritus: qui dum bellum in Italia gereret, ac per amnem quendam Acherontem agmen transiret, a Lucano exsule transfixus periit, ejusque corpus in hostium præsidia delatum misere mulcatum est. Liv. VIII. 24. STOCK.

ϟʹ. Ἂν μή τις] Opinor, ἂν μὴ αὐτὸς, ex sensu et superioribus. MARKLAND.

Συνείποι] Συνείπῃ dedit H. Stephanus. TAYLOR.

Μοῖραν] [Vulgo.] F. μόραν. Æmilius Probus: *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit* (Forte, *interfecit*) *quod ipsum maxime tota celebratum est Græcia.* Hesychius: Μόρα, μέρη τινά.* καὶ μέρη τοῦ στρατοῦ, ἢ τάγμα. Παρὰ γὰρ Λακεδαιμονίοις

πλουν τὸν εἰς Κέρκυραν, καὶ ἄλλοις, ὧν ἑκάστῳ πολλὰ καὶ καλὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἔργα πέπρακται. Δημοσθένει δ', ἐάν τις ἐρωτᾷ, διὰ [1] τί δώσετε; Ὅτι δωροδόκος, ὅτι δειλός, ὅτι τὴν τάξιν ἔλιπε. Καὶ πότερον τοῦτον τιμήσετε, ἢ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀτιμώσετε καὶ τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας; οὓς νομίζεθ' ὁρᾷν σχετλιάζοντας, εἰ
459 οὗτος στεφανωθήσεται. καὶ γὰρ ἂν εἴη δεινόν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ τὰ μὲν ξύλα καὶ τοὺς λίθους καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τινα ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν, καὶ ἐάν τις αὐτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν· [2] Δημοσθένην δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸν γράψαντα μὲν τὴν πανυστάτην ἔξοδον, προδόντα δὲ τοὺς στρατιώτας, τοῦτον ὑμεῖς [3] τιμήσετε. [4] οὔκουν ὑβρίζονται μὲν οἱ τελευτήσαντες, ἀθυμότεροι δ' οἱ ζῶντες [5] γίγνονται, ὁρῶντες τῆς ἀρετῆς ἆθλον τὸν θάνατον κείμενον, τὴν δὲ μνήμην ἐπιλείπουσαν.

ϚΑ'. Τὸ δὲ μέγιστον, ἐὰν ἐπερωτῶσιν [6] ὑμας οἱ νεώτεροι, πρὸς ποῖον παράδειγμα χρὴ [7] αὐτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι, τί [8] κρινεῖτε; Εὖ γὰρ ἴστε, ὅτι οὐχ αἱ παλαῖστραι οὐδὲ τὰ διδασκαλεῖα οὐδ' ἡ μουσικὴ μόνον παιδεύει τοὺς νεωτέ- 89.1

[1] τί οὐ δώσετε· ὅτι T. τί οὐ δώσετε, φήσετε· ὅτι R. [2] Δημοσθένη T. [3] τιμήσετε; R. [4] οὐκοῦν T. R. [5] γίνονται T. R. [6] ὑμᾶς T. R. [7] αὑτοὺς T. R. [8] ἀποκρινεῖσθε; T. κρινεῖτε. R.

οἱ Πατρίλοχοι μόρα αὖθις ὀνομασθέντες. Vide Xenophontem in Republica Laconica, vel Suidam in v. Μορῶν. Aretinus: *Iphicrati, quod cohortem Lacedæmoniorum peremit.* Melanchtho: *quia exercitum Lacedæmoniorum vicerit.* Meletus: *Iphicrati, quod partem exercitus Lacedæmoniorum interfecerit.* Est et in Aristocratea, Ἰφικράτης τὴν μόραν κατέκοψε. WOLF. De hac Lectione, atque de hoc negotio, disputat bene multa Stephanus Thes. L. Gr. T. II. col. 844, 845. Et præstantissimus Criticus, Hemsterhusius ad Lucian. Timon. §. 50. fin. μόραν legitur in Bern. TAYLOR.

Μόραν] *Moram* reddunt Æmil. Probus, et Cornel. Nepos in Iphicrate. Celebris erat in Lacedæmoniorum rep. Cohors militaris, quæ viros continebat quingentos, vel (ut e Polybio refert Plutarchus in Pelopida) CM. Universus autem Lacedæmoniorum exercitus in quinque Μόρας seu Cohortes ordinarias tributus est, quibus etiam extra bellum stipendia sua manserunt. (Meurs. Lect. Attic. I. 16.) Harum unam, cui præerat Agesilaus, apud Corinthum occidione propemodum occidit Iphicrates. Xenoph. Hellen. IV. STOCK.

Ὧν] F. ὅτι. MARKLAND. AUGER.

Ξύλα etc.] Vid. Brod. V. Miscell. 12. qui memorabilem hanc particulam Jurisprudentiæ Atticæ illustrat. Et Nos quoque attigimus in Elementis Juris Civilis, pag. 116. TAYLOR.

Τινα] *Siquem, dum forte fortuna decidant, interimunt.* BRODÆUS. εἴ τῳ ἐμπεσόντα MS. Steph. ἐάν τῳ ἐμπεσόντα Codd. Coisl. et Reg. 1. 2. Aldus mendosissime, ἐάν τις ἐμπεσόντα. Pro quo Bern. τινα habet, cum Wolfio. TAYLOR.

Πανυστάτην ἔξοδον] In qua fusus est ac deletus a Philippo Atheniensium et Thebanorum exercitus. BRODÆUS.

ϚΑ'. Κρινεῖτε] [ut Ald. habet, et Mead.] F. τί ἀποκρινεῖσθε; Et [p. 285. l. 3.] εὐνοίας. Et [l. 11.] τοῖς νῦν μὲν οὐ παροῦσι. Ordo verborum hic est, φέρετε τὴν ψῆφον, εἰς ἀπολογισμὸν τοῖς νῦν μὲν οὐ παροῦσι etc. WOLF. Τοῖς μὲν νῦν. Ald. TAYLOR.

ρους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰ δημόσια κηρύγματα. κηρύττεταί τις ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας καὶ εὐνοίας, ἄνθρωπος [1] ἀσχημονῶν τῷ βίῳ καὶ βδελυρός; ὁ δέ γε νεώτερος ταῦτ᾽ ἰδὼν διεφθάρη. δίκην τις δέδωκε πονηρὸς καὶ πορνοβοσκὸς ὥσπερ Κτησιφῶν; οἱ δέ γ᾽ ἄλλοι πεπαίδευνται. τἀναντία τις ψηφισάμενος τῶν καλῶν καὶ δικαίων ἐπανελθὼν οἴκαδε παιδεύει τὸν υἱόν; ὁ δέ γ᾽ εἰκότως οὐ πείθεται, ἀλλὰ τὸ νουθετεῖν ἐνταῦθ᾽ ἐνοχλεῖν ἤδη δικαίως ὀνομάζεται. Ὡς οὖν μὴ μόνον κρίνοντες ἀλλὰ καὶ θεωρούμενοι, οὕτω τὴν ψῆφον φέρετε, 460 εἰς ἀπολογισμὸν τοῖς νῦν μὲν οὐ παροῦσι τῶν πολιτῶν, ἐπερησομένοις δ᾽ ὑμᾶς, τί ἐδικάζετε. εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι τοιαύτη δόξει ἡ πόλις εἶναι, ὁποῖός τις ἂν ᾖ ὁ κηρυττόμενος· ἔστι δ᾽ ὄνειδος μὴ τοῖς προγόνοις ὑμᾶς ἀλλὰ τῇ τοῦ Δημοσθένους ἀνανδρίᾳ προσεικασθῆναι.

ϛβʹ. Πῶς οὖν ἄν τις τὴν τοιαύτην αἰσχύνην ἐκφύγοι; Ἐὰν τοὺς προκαταλαμβάνοντας τὰ κοινὰ καὶ φιλάνθρωπα τῶν ὀνομάτων, ἀπίστους ὄντας τοῖς ἤθεσι, φυλάξησθε. ἡ γὰρ εὔνοια καὶ τὸ τῆς δημοκρατίας ὄνομα κεῖται μὲν ἐν μέσῳ, φθάνουσι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὰ καταφεύγοντες τῷ λόγῳ ὡς [2] ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ τοῖς ἔργοις πλεῖστον ἀπέχοντες. Ὅταν οὖν λάβητε ῥήτορα ξενικῶν στεφάνων καὶ κηρυγμάτων ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπιθυμοῦντα, ἐπανάγειν αὐτὸν κελεύετε καὶ

[1] ἀσχήμων ὢν τῷ T. ἀσχήμων * ἐν τῷ R. [2] ἐπιπολὺ T.

Κηρύγματα] Hæc vox proculdubio depravata est. Exempla enim, quæ sequuntur, huic non conveniunt. Forte, τὰ δημόσια *παραδείγματα*. Sic πολιτικὰ παραδείγματα, Orat. adv. Timarch. §. ιϛ. init. Hoc verum arbitror, (vide quæ præcedunt, πρὸς ποῖον παράδειγμα etc.) et errorem Scribæ esse, conjicientis oculos in vocem subsequentem, κηρύττεται. Demosth. π. Παραπρεσβ. §. ξϛʹ. Καὶ τίς —— τοῦτο ἰδὼν τὸ *παράδειγμα*, δίκαιον αὐτὸν παρασχεῖν ἐθελήσει; MARKLAND.

Ἀσχήμων ὢν] Reg. 1. *εὐσχημονῶν*. F. legendum *ἀσχημονῶν*. TAYLOR.

Ὑμᾶς] F. *ὑμεῖς*. MARKLAND.

Ἔστι] F. *ἔσται*, ut δόξει. IDEM.

ϛβʹ. Ἐπανάγειν αὐτὸν—] Locus intricatus, et haud scio an corruptus. Quid si ita legas et ordines? κελεύετε αὐτὸν ἐπανάγειν, καὶ ποιεῖσθαι τὸν λόγον εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώφρονα, ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει ποιεῖσθαι τὰς βεβαιώσεις τῶν κηρυγμάτων. Sin genitivum retinere placet, καὶ τῶν λόγων τὰς βεβαιώσεις, ὥσπερ τῶν κηρυγμάτων, ὁ νόμος κελεύει, ποιεῖσθαι εἰς βίον etc. Aretinus: *Probationes verborum ex vita et moribus ejus exigatis.* Melanchtho: *Vocate eum in judicium, ut scriptum de se factum, re et factis confirmet, sicut leges jubent.* Perionius: *Facite, ut ejus etiam oratio, quemadmodum præscripto legis præconia, ex vita moribusque spectetur.* Meletus: *Hunc referre se jubete ad vitam fide dignam et ad mores modestos, et verba confirmare, quemadmodum lex renunciationis præcipit.* WOLF. Ita Ald. ἐπανάγειν αὐτὸν κελεύετε, καὶ τῶν λόγων ὥσπερ τὰς βεβαιώσεις τῶν κηρυγμάτων ὁ νόμος κελεύει ποιεῖσθαι εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώφρονα. Ita Stephanus: ἐπανάγειν αὐτὸν κελεύετε καὶ τὸν λόγον (ὥσπερ τὰς βεβαιώσεις τῶν κηρυγμάτων ὁ νόμος κελεύει ποιεῖσθαι) εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώ-

τῶν λόγων τὰς βεβαιώσεις [1] καὶ τῶν κηρυγμάτων, ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει ποιεῖσθαι, εἰς βίον ἀξιόχρεων καὶ τρόπον σώφρονα· ὅτῳ δὲ ταῦτα μὴ μαρτυρεῖται, μὴ βεβαιοῦτε [2] αὐτῷ τοὺς [3] ἐπαίνους. οὕτω γὰρ καὶ τῆς δημοκρατίας ἐπιμεληθήσεσθε, ἤδη διαφευγούσης ὑμᾶς. Ἢ οὐ δεινὸν [4] ὕμιν δοκεῖ εἶναι, [5] εἰ τὸ μὲν βουλευτήριον καὶ ὁ δῆμος παρορᾶται, αἱ δ' ἐπιστολαὶ καὶ αἱ πρεσβεῖαι ἀφικνοῦνται εἰς ἰδιωτικὰς οἰκίας, οὐ παρὰ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων ἀλλὰ παρὰ τῶν πρωτευόντων ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ; καὶ ἐφ' οἷς ἐστὶν ἐκ τῶν νόμων ζημία θάνατος, ταῦτά τινες οὐκ
461 ἐξαρνοῦνται πράττειν, ἀλλ' ὁμολογοῦσιν ἐν τῷ δήμῳ, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀλλήλοις [6] παραναγιγνώσκουσιν, καὶ παρακελεύονται [4] ὕμιν οἱ μὲν βλέπειν εἰς τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα, ὡς φύλακες τῆς δημοκρατίας, ἕτεροι δ' αἰτοῦσι δωρεάς, ὡς σωτῆρες τῆς πόλεως ὄντες· ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῆς ἀθυμίας τῶν συμβεβηκότων ὥσπερ [7] παραγεγηρακὼς ἢ παρανοίας ἑαλωκώς, αὐτὸ μόνον τοὔνομα τῆς δημοκρατίας περιποιεῖται, τῶν δ' ἔργων ἑτέροις [8] παρακεχώρηκεν. ἔπειτ' ἀπέρχεσθε ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν οὐ βουλευσάμενοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τῶν ἐράνων τὰ περιόντα νειμάμενοι. Ὅτι δ' οὐ ληρῶ, ἐκεῖθεν τὸν λόγον θεωρήσατε.

ϛγ΄. Ἐγένετό τις — ἄχθομαι δὲ πολλάκις μεμνημέ-

[1] Deest καί. T. (* ὡς περὶ τῶν κηρυγμάτων ὁ νόμος κελ. ποι.) R. [2] αὐτῷ T. R. [3] ἐπαίνους, καὶ τῆς δημοκρατίας ἐπιμελήθητε T. R. [4] ὑμῖν T. R. [5] ὅτι T. [6] παραναγινώσκουσιν T. R. [7] καταγεγηρακὼς T. [8] παρακεχώρηκεν; T. R.

φρονα. Nisi quod Typothetæ incuria κτημάτων pro κηρυγμάτων expresserit. Si sit Incuria, et Stephanus non ex suis Codd. extraxerit. Exstat enim in Bern. qui aliquando cum Stephanicis conspirat. Taylor. Ἐπανάγειν αὐτὸν κελεύετε καὶ τῶν λόγων τὰς βεβαιώσεις, καὶ τῶν κηρυγμάτων, ὥσπερ ὁ νόμος κελεύει ποιεῖσθαι, εἰς βίον ἀξιόχρεων etc. Markland. Hic locus obscurus parva immutatione fit clarus sic distinguendo: ἐπανάγειν αὐτὸν κελεύετε τῶν λόγων τὰς βεβαιώσεις, ὥσπερ ὁ νόμος τῶν κηρυγμάτων κελεύει ποιεῖσθαι, εἰς βίον - - - Auger.

Καὶ τῶν λόγων] Supple ex commate sequenti, τὰς βεβαιώσεις. *Orationis istius popularis confirmatio (quemadmodum et in præconiis publicis obtinendis fieri solet) petatur ex monstrata vitæ morumque integritate.* Stock.

Οὐ παρὰ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων [non περὶ, ut Ald.] Et [l. 16.] ὥσπερ καταγεγηρακώς, pro παραγεγηρακώς. Wolf.

Καὶ ἐφ' οἷς] Aliter ac distinxit, Wolfius vertit. In hoc vero culpandus, non in illo. Taylor.

Τὰ περιόντα νειμάμενοι] Utrum, πρὸς ἑαυτοὺς, ἢ τοῖς πένησι? Aretinus: *Tanquam reliquiis reip. divisis.* Melanchtho: *Discedițis e concionibus, non tanquam ex deliberatione, sed tanquam ex divisione reliquiarum fisci.* Perionius: *Ex concionibus discedițis, non consiliis captis, sed tanquam ea quæ ex collatis pecuniis restant, distribueritis.* Meletus: *Ut ii qui reliquias conviviorum communium inter se partiuntur.* Τὰ Περιόντα, εἴτε χρήματα, εἴτε ποτὰ καὶ βρωτά. Pendet hoc a consuetudine veterum conviviorum, cum de symbolis edebant, et videtur alludere ad theatralis pecuniæ

νος τὰς ἀτυχίας τῆς πόλεως — ἐνταῦθ᾽ ἀνὴρ ἰδιώτης, ὃς ἐκπλεῖν [1] μόνον εἰς Σάμον [2] ἐπιχειρήσας, ὡς προδότης τῆς πατρίδος αὐθημερὸν ὑπὸ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς θανάτῳ ἐζημιώθη. ἕτερος δ᾽ ἰδιώτης ἐκπλεύσας εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην ποτ᾽ εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι [3] αὐτῷ ἐγένοντο· εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν, ὑπερώριστ᾽ ἂν ἢ ἀπέθανεν. Ἀντιθῶμεν δὴ τὸ νῦν [4] γιγνόμενον. ἀνὴρ ῥήτωρ ἁπάντων τῶν κακῶν αἴτιος ἔλιπε μὲν τὴν ἀπὸ στρατοπέδου τάξιν, ἀπέδρα δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως· οὗτος στεφανοῦσθαι ἀξιοῖ καὶ κηρύττεσθαι οἴεται δεῖν. Οὐκ [5] ἀποπέμψεσθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφοράν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων, ἐπ᾽ ὀνομάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα, τιμω- 462
ρήσεσθε; Καὶ [6] μὴν καὶ τὸν καιρὸν μέμνησθε, ἐν ᾧ τὴν ψῆφον [7] φέρετε. Ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια [8] γίγνεσθαι καὶ τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἑλλήνων συλλέγεσθαι· διαβέβληται δ᾽ ἡμῶν ἡ πόλις ἐκ τῶν Δημοσθένους πολι-

[1] μόνος T. [2] ἐγχειρήσας T. R. [3] αὐτῷ T. R. [4] γινόμενον T. R.
[5] ἀποπέμψετε T. [6] Desunt μὴν καί. T. R. [7] φέρετε; R. [8] γίνεσθαι T. R.

distributionem. Wolf.

Ϛγ΄. Μόνος] F. μόνον. Taylor. Quod malim. Auger.

Ἕτερος δ᾽ ἰδιώτης] Is erat Leocrates quidam, quem (oratione quæ ad nos usque pervenit) læsæ majestatis postulabat Lycurgus Rhetor, quod, cum post cladem Chæronensem decreto interdixissent Athenienses, nequis ex urbe migraret, vel suos inde amoveret, hic tamen patria et civibus relictis Rhodum concesserat, funditus periisse Athenas et ratus et renuntians: quod adeo acerbum Atheniensibus facinus visum est, ut cum quinque post annos patriam remeare ausus fuerit Leocrates, in judicium deductus vix tandem evasit; καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο: ubi enim pares numero renuntiabantur suffragiorum calculi, qui absolverent, quique damnarent, reus absolvebatur. Secundum hanc pugnam et is, quem dicit Æschines in Samum se recepisse, deprehensus et a Senatu Areopagitico capitis fuisse damnatus videtur: ἡ μὲν γὰρ ἐπ᾽ Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ (inquit Lycurgus in Leocrat.) τοὺς φεύγοντας τὴν πατρίδα καὶ καταλιπόντας, τότε (hoc ipso tempore) ὡς πολεμίους λαβοῦσα, ἀπέκτεινε. Stock.

Ἴσαι αἱ ψῆφοι] Harpocr. in v. Ἴσαι ψῆφοι. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος, Ἕτερος δὲ πλεύσας ἰδιώτης εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην μέν ποτε εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο, εἰ δὲ μία ψῆφος μετέπεσεν (γρ. ὑπερέπεσεν in Cod. Cantab. et ita habet Suidas, et Photius MS.) ὑπερώριστο ἂν, καὶ ἀπέθανεν. Corrige ἢ ἀπέθανεν. Is erat Leocrates, ut monet Scholiastes Æschinis, et nos monuimus ad Lycurgi Orationem de ea ipsissima re habitam. In Photio legitur hoc modo: Ἴσαι ψῆφοι. Τὸν νόμον τοῦ ἀπολύεσθαι τὸν κατηγορούμενον ἐὰν ἴσων τύχῃ ψήφων. Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ὀλίγον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἁλισκομένων. ἀναλύονται (corrige ἀπολύονται) γὰρ οἱ διωκόμενοι ἐπὶ (lege ἀπὸ) τῶν δικαζομένων, καὶ (l. ἂν) ἴσαι γένωνται ψῆφοι. Ἐν αἷς ἀπολύεται ὁ ἐγκαλούμενος. Αἰσχίνης etc. Hæc produxi, ut ostenderem, quænam sit Sors et Ratio veterum Lexicorum. Consuta enim et consarcinata est hæc Glossa ex tribus diversis, voces (Ἴσαι ψῆφοι) enarrantibus: sc.

Τὸν νόμον (vel κατὰ τὸν νόμον) τοῦ ἀπολύεσθαι —ψῆφαν.
Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ὀλίγον——ψῆφοι.
Ἐν αἷς ἀπολύεται ὁ ἐγκαλούμενος. Taylor.

Ἢ συλλαβόντες] F. οὐ συλλαβόντες κ. τ. λ. Markland. Auger.

Τιμωρήσεσθε] Οὐ, quod ἀποπέμψετε

τευμάτων περὶ τοὺς νῦν καιρούς· δόξετε δ' ἐὰν μὲν τοῦτον στεφανώσητε, ὁμογνώμονες εἶναι τοῖς παραβαίνουσι τὴν 90.1
κοινὴν εἰρήνην, ἐὰν δὲ τοὐναντίον τούτου πράξητε, ἀπολύσετε τὸν δῆμον τῶν αἰτιῶν.

ϟδ'. Μὴ οὖν ὡς ὑπὲρ ἀλλοτρίας ἀλλ' ὡς ὑπὲρ οἰκείας τῆς πόλεως βουλεύεσθε, καὶ τὰς φιλοτιμίας μὴ νέμετε ἀλλὰ κρίνετε, καὶ τὰς δωρεὰς εἰς βελτίω σώματα καὶ ἀξιολογωτέρους ἄνδρας ἀπόθεσθε, καὶ μὴ μόνον τοῖς ὠσὶν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄμμασι, διαβλέψαντες εἰς ὑμᾶς αὐτούς, βουλεύσασθε, τίνες ὑμῶν εἰσὶν οἱ βοηθήσοντες [1] Δημοσθένει; πότερον οἱ συγκυνηγέται ἢ οἱ συγγυμνασταὶ [2] αὐτου, ὅτ' ἦν ἐν ἡλικίᾳ; Ἀλλά, μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον! οὐχ ὗς ἀγρίους κυνηγετῶν οὐδὲ τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας ἐπιμελούμενος διατετέλεκεν, ἀλλ' ἐπασκῶν τέχνας ἐπὶ τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους διαγεγένηται.

ϟέ. Ἀλλ' εἰς τὴν ἀλαζονείαν [3] αὐτοῦ ἀποβλέψαντες, ὅταν φῇ Βυζάντιον μὲν ἐκ τῶν χειρῶν πρεσβεύσας ἐξελέσθαι τῶν Φιλίππου, ἀποστῆσαι δ' Ἀκαρνᾶνας, ἐκπλῆξαι

[1] Δημοσθένει. T. R. [2] αὐτοῦ T. R. [3] Deest αὐτοῦ. T. R.

præcedit, sumendum. Brodæus.

ϟδ'. Ὠσὶν] Σώμασιν Cod. Mead. Ego sane et τοῖς ὠσὶν, et τοῖς σώμασιν juxta intelligo. Id est, neutrum intelligo. Et perinde hanc locutionem quoque, scil. βουλεύσασθε τίνες εἰσὶν οἱ βοηθήσοντες Δημοσθένει. Certe hæc parum sunt sincera. Taylor. Sic pungo: καὶ μὴ μόνον - - - ὄμμασι, διαβλέψαντες εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς, βουλεύσασθε, - - - Δημοσθένει· hic aperio parenthesim, (πότερον - - - quam claudo post διαγεγένηται) ita ut phrasis subsequens ἀλλ' εἰς - - - cohæreat cum præcedente, ἀλλὰ τοῖς ὄμμασι - - - Auger.

ϟέ. Ἀποβλέψαντες] F. ἀποβλέψατε. Nisi placeat ὑπερβατὸν, aut ἀνανταπόδοτον, aut ἀποσιώπησις, sc. τοῦτον ἀπολύσετε. Aretinus: *Vanam insuper ejus arrogantiam intelligatis.* Melanchtho: *Considerabitis etiam ejus jactantiam, quando dicet.* Wolf. ἀποβλέψατε Bern. Sed non est necesse ea Correctione, aut Wolfii Figuris, uti. Juxta monitum Cl. Viri Jer. Marklandi, vocibus [οἴεται γὰρ —— ἐν τῇ πόλει, p. 289. l. 1.——l. 4.] parenthesi inclusis, et deleta interrogatione post vocem δημηγορήσας, ita procedet Oratio, scil. Ἀλλ' εἰς τὴν ἀλαζονείαν ἀποβλέψαντες, ὅταν φῇ —— ὅταν —— παρακαλῇ, ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν κ. τ. λ. Accommode quidem vertebat olim Lambinus, Interpres, diffusus quidem, sed non inelegans: *Sed vos jactantiam hominis arrogantiamque spectantes, quum dicet se Byzantium sua legatione Philippo ademisse, Acarnanas ad defectionem perpulisse, Thebanos concionibus suis perterrefecisse (vos enim usque adeo stultos et credulos esse existimat, ut hæc credituri sitis, proinde quasi suadelam in urbe vestra, non sycophantam alatis) quum denique in extrema jam orationis parte, prædarum suarum ac pecuniarum captarum socios sibi advocabit, fingite vos intueri,* etc. Eam rationem etiam secutus in vertendo, et necessaria ista distinctione usus, optimus et diligentissimus Interpres Etruscus. Taylor.

Ἀποβλέψαντες] In his verbis repræsentandis Marklandum sequor et Taylorum, quanquam Stephani distinctionem non admodum improbem, qui interrogationem continuat, hoc modo: πότερον οἱ συγκυνηγέται;——ἀλλ' εἰς τὴν ἀλαζονείαν ἀποβλέψαντες;—*qui sint, qui Demostheni patrocinantur: utrum in exercitiis commilitones? an qui ad arrogantiam hominis attenderint?* Et sic, ordietur peroratio a clausula sequenti, Ὅταν δ' ἐπὶ τελευτῆς, κ. τ. λ. Stock.

δὲ Θηβαίους [1]δημηγορήσας,—οἴεται γὰρ [2]ὕμας εἰς τοσοῦ-
τον εὐηθείας ἤδη προβεβηκέναι, ὥστε καὶ ταῦτ᾽ ἀναπει-
σθήσεσθαι, ὥσπερ Πειθὼ τρέφοντας ἀλλ᾽ οὐ συκοφάντην 463
ἄνθρωπον ἐν τῇ πόλει. Ὅταν δ᾽ ἐπὶ τελευτῆς ἤδη τοῦ
λόγου συνηγόρους τοὺς κοινωνοὺς τῶν δωροδοκημάτων αὐτῷ
παρακαλῇ, ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὗ νῦν
ἑστηκὼς ἐγὼ λέγω, ἀντιπαρατεταγμένους πρὸς τὴν τούτων
ἀσέλγειαν τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας, Σόλωνα μὲν τὸν
καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν, ἄνδρα
φιλόσοφον καὶ νομοθέτην ἀγαθόν, σωφρόνως, ὥσπερ προσ-
ῆκεν [3]αὔτῳ, δεόμενον [4]ὕμων μηδενὶ τρόπῳ τοὺς Δημοσθένους
λόγους περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν νόμων,
Ἀριστείδην δὲ τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ
τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος, σχετλιά-
ζοντα ἐπὶ τῷ τῆς δικαιοσύνης προπηλακισμῷ, καὶ ἐπερω-
τῶντα, εἰ οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ οἱ μὲν πατέρες ὑμῶν Ἄρθμιον
τὸν Ζελείτην, κομίσαντα εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸ ἐκ Μήδων
χρυσίον, ἐπιδημήσαντα εἰς τὴν πόλιν, πρόξενον ὄντα τοῦ
δήμου τῶν Ἀθηναίων, παρ᾽ οὐδὲν μὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι,
ἐξεκήρυξαν δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐξ ἁπάσης, ἧς Ἀθηναῖοι
ἄρχουσιν· ὑμεῖς δὲ Δημοσθένην, οὐ κομίσαντα [5]εἰς τὴν
Ἑλλάδα τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον, ἀλλὰ δωροδοκήσαντα καὶ
ἔτι καὶ νῦν κεκτημένον χρυσῷ στεφάνῳ μέλλετε στεφανοῦν.
Θεμιστοκλέα δὲ καὶ τοὺς ἐν Μαραθῶνι τελευτήσαντας καὶ
τοὺς ἐν Πλαταιαῖς καὶ αὐτοὺς τοὺς τάφους τῶν προγόνων
οὐκ ἂν οἴεσθε ἀναστενάξαι, εἰ ὁ μετὰ τῶν βαρβάρων ὁμο- 464
λογῶν τοῖς Ἕλλησιν ἀντιπρᾶξαι στεφανωθήσεται;

Ϟϛʹ. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνε-
σις καὶ παιδεία, ᾗ [6]διαγιγνώσκομεν τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰ-
σχρά! βεβοήθηκα καὶ εἴρηκα. καὶ εἰ μὲν καλῶς καὶ ἀξίως

[1] δημηγορήσας; T. δημηγορήσας. R. [2] ὑμᾶς T. R. [3] αὐτῷ T. R. [4] ὑμῶν T. R. [5] Desunt εἰς τὴν Ἑλλάδα. T. [6] διαγινώσκομεν T. R.

Ϟϛʹ. Ὦ γῆ καὶ ἥλιε etc.] Vid. Brodæum VI. Miscell. 18. Taylor. Vide Demosth. de Cor. §. λθʹ.

Βεβοήθηκα] Dinarchus adv. Demosthenem, Ἐγὼ μὲν οὖν ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν τῆς κατηγορίας ἧκει, βεβοήθηκα. Æschines κατὰ Τιμάρχου. Ἕν τι τῶν αἰσχίστων ἡγησάμην εἶναι, μὴ βοηθῆσαι τῇ τε πόλει πάσῃ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ ἐμαυτῷ. Brodæus. βεβοήθηκα nempe τῇ πόλει. Auger.

τοῦ ἀδικήματος κατηγόρηκα, εἶπον ὡς [1] ἠβουλόμην· εἰ δ' ἐνδεεστέρως, ὡς [2] ἠδυνάμην. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων λόγων καὶ ἐκ τῶν [3] παραλελειμμένων αὐτοὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ὑπὲρ τῆς πόλεως ψηφίσασθε.

[1] ἐβουλόμην T. R. [2] ἐδυνάμην T. R. [3] παραλειπομένων T.

# ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

# ΑΙΣΧΙΝΟΥ

# ΤΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ.

# I. TAYLORI

## PRÆFATIO

AD

# ÆSCHINIS EPISTOLAS.

HABES, mi Lector, Epistolas Æschinis, jure optimo subjunctas isti Controversiæ, quæ Exsilium comparavit Auctori, atque his Literis originem præbuit et argumentum. Quo etiam factum est, ut totum quod scripsit Æschines, atque ætatem tulit, in uno hoc Volumine concluderetur.

Has Epistolas primus typis suis Græce descripsit Aldus, Venetiis, Anno 1499. una cum multorum aliorum Rhetorum, Philosophorum, Sophistarumque Epistolis. Recudebantur deinde sæpenumero, scil. Lovanii, in Officina Rutgeri Rescii, deinde Parisiis, per Wechelum, atque alibi sæpiuscule. Primus eas Latinas fecit Petrus Nannius Alcmarianus, post eum Renatus Guillonius Vindocinensis. Quorum hic notulas quasdam adspergebat, non quidem ineruditas, neque tamen satis dignas ut prelo iterum a me committerentur. Lector enim meus visis semel iis, quas excerpsi (utilioribus sane, et melioris notæ) non ægre feret se cariturum iis quas prætermisi. Sunt tamen præterea et aliæ Interpretationes præter Wolfianam: sed quarum pleræque mihi nomine tantum innotuerunt; veluti ea quam concinnavit Ioannes Caselius Rostochiensis; Alia porro Scriptoris Locique incerti; ut omittam eam quam Aretinus dedit, unius solummodo Epistolæ, in bibliothecarum latebris, ut credo, delitescentem, nec, quod sciam, typis publice expressam. His addam XII[mam] Epistolam Latinitate donatam ab Anonymo, et vulgatam Ven. ab Hieron. Scoto, A. 1545. una cum Æschinis Orationibus, et Demosthenis quibusdam.

Harum in Recensione adjutus sum Cod. MSto, bono sane, licet non admodum vetusto, quem possidebat olim Richardus Mead, nunc autem Anton. Askew, M.DD. uterque literarum laude nobilitatus. Ejus præstantiam utilitatemque aliquoties deprehendet Lector in Notis quæ sequuntur.

Lectæ sunt Epistolæ Æschinis a Photio, qui in Cod. LXI. eas honestissimo hoc præconio ornavit; Τρεῖς μόνους αὐτοῦ φασὶ γνησίους εἶναι [Λόγους] καὶ Θ. Επιστολάς. Διὸ τοὺς μὲν Λόγους αὐτοῦ τινὲς ΧΑΡΙΤΑΣ ὠνόμαζον, διά τε τὸ χάριεν τοῦ λόγου, καὶ τὸν ἀριθμὸν

τῶν Χαρίτων. ΜΟΥΣΑΣ δὲ τὰς Ἐπιστολὰς, διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐννέα Μουσῶν. De *numero* harum Epistolarum Photius quoque perhibet testimonium idem in Cod. CCLXIV. Hodie habemus Triada quidem Orationum, Epistolas vero Duodenas.

Quænam sint igitur abjudicandæ, si quæras, sive tanto Auctore indignæ; sive nota aliqua inustæ, quæ novitatem arguere possit, hoc ex me, inquam, si quæras, aio, prædico, confirmo et pronuncio, omnes XII. proscribendas protinus et eliminandas esse.

Probe scio rem esse omnium difficillimam, disputare de his fallaciis, quæ ab Aliorum aut Fraude, aut nimio Otio profectæ, Ætati nostræ obtruduntur: Novi quam lubrico in loco versetur ille, qui id elaborat, ut alium de genere Orationis, de charactere dicendi, de verborum sententiarumque luminibus, ea persentiscere adducat, quæ ipse secum experiatur; sibi licet non solum persuadeat, verum etiam medullitus concipiat, penitusque, et totus ad eum sensum sententiamque componatur. Non quod, cum de Stylo Auctoris, de scribendi meditandique genere, de sententiarum pondere et gravitate, de colore Orationis, ceterisque id genus disputes, levissimam eam confirmandi rationem esse crediderim, aut potius non in ea vim inesse maximam: verum cum de iis in publicum disseras, ea disputatio auditores postulat (id quod non semper fieri solet) eodem literarum genere excultos, ad istiusmodi studia et crisin, auribus, sensu et judicio conformatos, usu denique exercitatos, atque eo demum otio abundantes, quo ipse frueris, qui istos Auctores a teneris unguiculis edidicisti, atque in iis quasi expendendis fuisses innutritus.

Quanquam istius generis multa fortasse afferri potuissent; atque jure contenderem, me ingenium Æschinis, et sonitum, vim et vehementiam, hic in ipso Æschine desiderare, veruntamen *populari* potius oratione agere maluerim, atque iis argumentis uti (neque sane iis destituor) quæ nemo profiteatur, aut reclamet, se *sentire* non posse.

Nemo hodie in Re Literaria reliquus est, qui Demosthenis Epistolas confictas, atque isti nomini temere assutas esse non crediderit: Adeo nunquam de ea re vel minima exstiterit Dubitatio. Eas tamen tam presso pede sequitur homo noster, ut planum lecturo fieri possit, has certe exaratas nunquam fuisse, ni illæ antea exstitissent. Verbi gratia: Quæ ille Pseudo-Demosthenes de Lycurgi liberis conscripsit, hic Pseudo-Æschines excipit, citat, atque eo argumento cum Civibus suis in postrema Epistola agit. Theramenem Ille, Melanopum Hic, excitavit obtrectatores, qui similem ludum luderent, atque utrumque exsulem et absentem conviciis domi lacerarent. Adeo *Pecus* illud Scriptorum semper fuit Μιμητικόν: neque ex isto grege quisquam unquam exortus fuerit,

qui sciret quid sit illud quod dicitur feliciter et solerter excogitare. Simulatus igitur Æschines, licet ingenio, sermonis elegantia, et nitore orationis longe superet infelicem illum Simium, qui Demosthenem imitari voluit, (et mediocrem sane Scriptorem necesse est eum fuisse, qui illum non exsuperet) eo tamen, ætate sit posterior necesse est, quem sæpenumero exscribit, et ad quem alludit, cujus denique testimonio atque arte utitur sæpissime.

In Epistola ultima, pag. 747. ed. T. dicitur Æschines secum matrem grandævam in exsilium duxisse, sc. quæ annum jam agebat 73tium. Bene est. Æschines ipse ea erat ætate, cum hæ res geri, atque hæ Epistolæ exarari, putantur. De ætate Æschinis plura in ejus vita. Adhuc tamen de Matre. Siquis enim calculum meum aliorumque de Æschinis natalibus non admittere velit, audiat tamen Æschinem in Epistolis, eidem Æschini in Orationibus adversantem. Mater Æschinis Olymp. CXIV. annum agebat 73tium. (Epist. XII.) Nam ea tempestate hæ literæ erant consignatæ, mortuo nempe Alexandro. Attamen Mater Æschinis Olymp. XCIII, oppressa a XXX. Viris urbe, una cum marito Corinthum aufugit (Orat. π. Παραπρ. §. μϛ'.). Ab exeunte Olympiade XCIII. ad ineuntem CXIV. Anni sunt LXXX. Quibus si adjeceris XX. nubilem nempe ætatem, non nisi centesimum annum agere poterat ea Mulier, ipsius Æschinis calculo, quæ ab Epistolarum scriptore annos nata esse dicitur solummodo *septuaginta,* et quod excurrit.

Post Matrem sequitur Disputatio de Liberis. Nam et hic quoque infelix ille Sorex suo se indicio prodidit. Ait Scriptor, se tres parvulos liberos secum quoque abduxisse, qui per ætatem grande istud infortunium exsilii sentire non poterant. Argumentum sane aptum ad animos eorum commovendos, ad quos scribit, sed quo ipse Æschines uti non potuit. Eos utique liberos, *duos* scil. *filios,* et *gnatam* unicam produxit in Causa Παραπρεσβείας. (Vide §. μή. et §. νέ.) Id erat Intervallum viginti ad minimum annorum. Quid? duos filios, qui jam diutius ex ephebis excesserant, tam plane nihil persentiscere potuisse? Quid? Virginemne tam grandem neminem meminisse Athenis relictum, quocum ætatis quod reliquum erat lubenter transigeret? Atqui isti liberi non tum solum nati erant, cum ea causa perorabatur, Anno scil. Olymp. CIXnæ. 2do. verum cum eæ res gestæ erant, quas insimulabatur in ea Contentione cum Philippo contra patriam agitasse: Ἐρωτῶ γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ δοκῶ ἂν ὑμῖν —— τούτους τοὺς πάντων ἀνθρώπων ἐμοὶ φιλτάτους προδοῦναι Φιλίππῳ; sc. hos liberos, quos jam produxerat, §. μή. Necesse est igitur, ut eam Causam ætate aliquantulum anteirent.

In Epistola IV. Homini Atheniensi, et Condiscipulo suo, quasi id nescienti, exponere aggreditur, quis et qualis fuerit ὁ θρυλλούμενος Pindarus. An id Græco, neque, ut videtur, inerudito, ignotum esse potuit? Quonam vero modo id exponat? *Memineris,* ait ille, *Te de isto Poeta, sub plagoso Orbilio, qui nostram simul pueritiam rexerat, aliquid inaudivisse: Aut, si id te fugerit, memineris saltem Melanippum, rabulam et declamatorem, insigne istud* ῥῆμα *et versiculum Pindari de laudibus Athenarum, sæpenumero in Concionibus jactare esse solitum.* Sic notus Ulysses! Non potuit putidius aliquid, aut σοφιστικώτερον excogitari.

ibid. v. 8. καὶ ἡ βουλὴ] Bene hic videntur omnia habere. ἐὰν accipio pro ἂν, tanquam scriptum esset sic: καὶ ἡ βουλὴ — μνησθῇ ἂν ἢ τειχῶν ἐπισκευῆς, ἢ πύργων. Verba ὅτε ἐβούλευσε idem valent atque ἡ βουλεύουσα, nisi malis ἐβούλευσε, non ad Senatum, sed ad Timarchum referre. *Quoties Timarchus in tribunal dicendi ergo ascenderet, Senatusque, qui anno superiori reip. præerat, mentionem injiceret restaurandorum aut mœnium, aut turrium, aut alicujus nescio quo seducti, tum vos statim ridebatis*. Paret, vocabula hæc ἐπισκευὴ τειχῶν, ἐπισκευὴ πύργου, ἀπάγεσθαί ποι significare res nequam et turpes, haud satis tamen, unde ducta fuerint illa dicteria. Planum quidem id, ἀπάγεσθαί ποι quid sibi velit. Facinora enim illa, quæ Paulus Apostolus, more suo *opera tenebrarum*, vocabulo perapposito appellat, testes haud ferunt, solitudinem poscunt, congressus hominum et frequentiam reformidant. Vulgare item hoc est, pudorem, v. c. virginalem, cum claustro, cum arce, cum mœniis comparari, oppugnandis, et admoto arieti aut resistentibus, aut cedentibus. Tantummodo hæreo in ἐπισκευή. verum neque juvat, neque refert, neque meam decet personam, stercus hoc scrutari, ad quod coactus a necessitate hujus loci exponendi me demisi, quam primum licet, inde refugiens. Conf. p. 44. v. 2. et p. 46. v. 10.

ibid. v. 9. ἢ ἐὰν] Mallem ἢ abesse.

ibid. v. 13. ἐπαγγελίαν] Idem, quod δοκιμασίαν.

ibid. v. 21. ἡ βουλὴ] Constructio verborum hæc est: καὶ μὴ θαυμάσητε, εἰ Τίμαρχος ἐμπειροτέρως ἔχει περὶ τῆς ἐρημίας, ἢ ἡ βουλή.

p. 41. v. 3. μέντοι, ὦ Ἀθηναῖοι] Addit Mead. ἔφη. quod addidi. Solent ista duo εἶπεν et ἔφη inter se copulari et hoc isti subnecti, ut si Latine sic dicam: *ad*

*plebem hæc locutus est. Audistis, Quirites, inquit, modo, quæ hic dixit.*

ibid. v. 5. ἔχομεν κ. τ. λ.] *Sic ferme, hactenus quodammodo excusatum habemus Timarchum.*

ibid. v. 7. ἡσυχία] Ἡσυχία h. l. est solitudo loci, cum silet, ædificiis denudatus, et ab incolis desertus. Sententia videtur esse hæc. Timarchus videtur existimasse, locus hic vacuus si ædificiis impleatur, haud magno id esse constiturum, et pecuniolam, quæ in quemque nostrum pro rata sua conferenda veniat, fore perquam minutam. Sed Autolycus consulto utebatur oratione quæsita et affectata atque involuta, quo locum haberet vocabula duo ingerendi, quæ possent in sensum turpiorem detorqueri. ἡσυχία in actu operis venerei quæ sit in corpore patiente facile a quoque intelligatur. μικρὸν ἀνάλωμα videtur dictio fuisse de lupanari usurpata.

ibid. v. 9. οἰκοπέδων] Οἰκόπεδον est area domus, cui, si qui velit, ædificium inædificare possit. In re venerea corpus est patiens. Ædificare qui velit, humus ei effodienda et egerenda est, ut locus sit fundamento ponendo. Patet jam fons nequioris metaphoræ. Vir aliquando benignior, uxori consuetudine cum viris familiari haud interdicens, cur faceret interrogatus, æquo, ait, animo indulgere uxori posse paulum lascivienti; nihil inde damni accipere. Fundum tamen sibi superesse. *Allemahl bleibt mir doch noch Grund und Boden übrig.*

ibid. v. 17. ὑμῖν] Melius puto ἡμῖν, quod est in edit. Wolfii.

§. ιζ'. p. 42. v. 4. Δημοφίλου] De Demophilo nihil quidem præcessit, credibile tamen est eo auctore illum, de quo supra commemorabatur, populi recensum fuisse habitum.

ibid. v. 8. Νικόστρατος] Scil. αἰτιᾶται εἶναί τινας.

ibid. v. antepen. ἐτράποντο] Illi, quos Demophilus et Nicostratus largitionum reos agerent.

p. 43. v. 7. τοιαύτην ἀπόδειξιν] Hoc uteretur modo verum demonstrandi et arguendi, ut reos, ipsos sese indicantes et factum confitentes produceret, crimen puta judicii largitione corrupti.

ibid. v. 12. ὑπενεγκεῖν] Lectio ἀμύνεσθαι non videtur contemnenda, cujus ego quidem scholium vulgatam habeam. Senium et paupertas hostibus assimilantur arcendis et profligandis.

ibid. v. 14. οὗτος δὲ] Scil. ἐχρήσατο τῇ συμφορᾷ ταύτης τῆς δίκης. Hic autem Timarchus hoc, quo nunc premitur, infortunium judicii capitalis ipse sibi conscivit.

ibid. v. 15. ἐν πόλει ἐκκλήτῳ] Sententia hæc est. Athenæ si essent oppidum, alienæ ditionis, cui necesse esset in foro superiori stare, et parere evocationi magistratuum, in quorum potestate esset.

§. ιη'. p. 44. v. 3. εἰδὼς καταισχύνας τινὰ] e. c. Hegesander. δὲ, quod in vulgatis in continente post hoc participium [καταισχύνων] insequitur, arbitratu meo sustuli. Dictio εἰδὼς καταισχύνας τινὰ significat *sibi conscius quod stupraverit aliquem.*

ibid. v. 5. κρινόμενος] e. c. Timarchus.

ibid. v. 14. λαθόντες, καὶ ἔξαρνοι] Malim λαθόντες ἔξαρνοι γενόμενοι, sine καί.

§. ιθ'. p. 45. v. 4. αὐτοῖς] Timarcho puta, et Hegesandro, et Crobylo, et Misgolæ, cæterisque eorum fratribus atque sodalibus, flagitii conscientia inter se obstrictis. V. p. 43. v. ult. Notat autem Demosthenem. V. p. 53. v. 13. et v. 26.

ibid. v. 11. πεπόρνευκε] Malim πεπόρνευται. Solet enim Noster in passivo usurpare de eo, si qui corpore suo quæstum fecerit meretricium.

ibid. v. 21. ἐπέταττεν] Supra p. 36. v. ult. dictione hac ἐπιτάγματα ἐπιτάττειν usus fuerat de cinædo a scorto suo fœda et indigna exigente. Paullo post p. 38. v. 19. de scorto flagitante a conductore mercedem sui corporis enormem. hic denique usurpat de insatiabili voluptatum cupiditate, sæva illis, quibus dominatur, imperante.

ibid. καὶ ἀπεφέρετο] Wolf arbitratu suo edidit, quod Taylor reddidit, καὶ μηδὲν ἀπεφέρετο. Quod factum haud probo. Sententia videtur hæc esse: et cum ingenium ejus, natura improbum et impurum, deferretur ad appetendum ea, quibus quotidiano usu insuevisset. ἀποφέρεσθαι dicuntur illi, si qui, vel inviti, a vi torrentis aufferantur et illidantur in scopulos, aut hauriantur a voraginibus. Hic verbum usurpatur metaphorice de illis, qui scelerum et flagitiorum exercendorum diuturnitate ita sint iis facti obnoxii, itaque dementati, ut, tametsi bona fide decreverint durum hoc jugum excutere, vinculis tamen eorum tam robustis vetustate, et tam arcte adductis expedire sese nequeant, sed ad ea continuanda, vel inviti et repugnantes, præcipites et occœcati aufferantur. Alias solet in simili re καταφέρεσθαι usurpari.

ibid. v. ult. κατέπιεν] Significat, non bucellatim, lenteque a Timarcho bona patria deglutita esse, sed cito et raptim, velut uno repentino haustu, ventre mersa. Solet alias καταπίνειν non de potulentis, sed de esculentis magis usurpari. Volens itaque significare patrimonium a Timarcho, non vorando modo, sed etiam potando esse absumtum, necesse sibi judicavit esse, ut insolentiam et peregrinitatem significa-

tionis, quam verbo καταπίνειν hic attribuit, addendo εἰ οἷόν τ' εἰπεῖν emolliret.

p. 46. v. 5. αὐτὴν] Prætuli αὐτῷ. nam inter se opponuntur relinquere bona, et relicta conservare, pater, non sibi tantum opes quærens, sed eas filio quoque relinquens, et ex altera parte filius heres factus magnarum opum, quas ne *sibi* quidem conservare potuit, nedum ut *alteri*, filio suo, relinqueret.

ibid. v. 6. ὄπισθεν τῆς πόλεως] Hoc est in parte urbis boreali. Athenarum vultus quasi, h. e. prospectus, in mare patebat, seu ad austrum. postica igitur erat pars borealis, pone acropolin, quæ urbem a septentrione finiebat.

§. κ'. p. 46. v. 15. ἔργῳ] Superius crimen, scortationis puta, nullis poterat actor testibus confirmare, quod arduum, aut negatum potius esset invenire testes, qui fidem suam cum periculo capitis de re interponere auderent, clam, procul arbitris, gesta. Quapropter ad τεκμήρια confugiendum erat. Hic autem ἔργῳ, ipsa re, producturum se ait actor testes in re palam gesta, neminique ignota, nulloque cum testis periculo conjuncta. Sunt ipsi testes coram exhibiti, eaque testimonia, quæ ipsis oratione confirmanda proponuntur, confirmantes. ἔργον testimonii opponitur ejus ῥήματι, cum actor verbis quidem affirmat, se testes hos vel illos esse producturum, testes autem ipsi testari recusant.

ibid. v. 19. ὑποκριτῇ] Poetæ ipsi sæpenumero in fabulis, si quas a se scriptas ederent, partes histrionum agebant. Idem sæpe et poeta et actor fabulæ erat.

ibid. v. antepen. τὸ δὲ χωρίον] Facile quidem sit τοῦ δὲ χωρίου emendare, neque repudiem, si probati dent codices. Potest tamen vulgata prætextu anacoluthi defendi.

ibid. ἄποθεν τοῦ τείχους] Sic, τεῖχος puta, oppidulum Alopecas appellat. Nam de mœniis Athenarum hic non agitur, neque de iis est suspicandum, sed de oppidulo seu castello, quod dixi, Alopecensi.

p. 47. v. 1. ἐνταφῆναι] Post ἐνταφῆναι videtur γε deesse.

ibid. v. 5. ὡς] Bene habet. In κατέλιπεν subauditur αὐτοὺς, scil. servos et ancillas, fundosque omnino.

ibid. v. 8. ἐδάνειζεν] Timarchi puta pater, Arizelus, non Timarchus ipse.

p. 47. v. 15. ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ] Vult dicere, non omnium testimonia testium, quos in universa hac oratione mea commemoravi, sed eorum solummodo, quos eodem hujus orationis loco complexus sum. λόγῳ h. l. idem est atque τόπῳ καὶ μέρει τοῦ λόγου.

§. κά. p. 47. v. 17. ἀργύριον] Fort. καὶ ἀργύριον. Adhuc enim planum fecerat actor, patrem rei filio fundos et mancipia reliquisse. Jam recipit demonstraturum, paratam quoque pecuniam Timarcho relictam esse.

ibid. v. 20. ἕτερον, ἀγρὸν] Distinxi, ut debebat fieri, ut esset hæc sententia: *præter villas ante dictas, reliquit ei pater* ἕτερον (scil. χωρίον) *aliam* (villam puta) *Cephisiis, fundum* (vel agrum sine villa) *Amphitropis, et duas officinas metallicas.*

p. 48. v. 12. ἠφάνισε] Disperdidit, effecit, ut nulla usquam locorum conspiceretur, funditus sustulit. Rem adeo notam annotare supersedissem, nisi vidissem Taylorum hic de οὐσίᾳ φανερᾷ et ἀφανεῖ nescio quæ afferre, bona quidem illa suo loco futura, ab hoc autem alienissima. Verum ita solent antiquitatum indagatores. Jactant peritiam suam, immemores circumspicere, conveniatne rei præsenti, an minus; dummodo expromserint ea, quæ qui ignorent, videantur sibi in lectoribus suarum commentationum nonnullos habituri, cum sint interdum protrita et trivialia.

ibid. v. 15. ἀπολειφθέντος] Sententia est. Arignotus cum aliquando abfuisset a recensu civium invalidorum, stipem a rep. ferentium, expunctus ex albo fuerat. Quo facto supplicabat senatui, ut beneficium hoc sibi redderetur, die observata, qua Timarchus, ex fratre nepos, præsideret. Hoc autem nil curante causam patrui commendatione et auctoritate sua adjuvare, tulit repulsam, et stipe privatus est, quam prytanes ex ærario publico civibus egenis et invalidis erogare solebant.

p. 49. v. 8. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο] Videtur orator sic reliquisse ἀλλ' οὐκ ἐστὶ τοῦτο. in nominativo generis neutrius. *Verum secus hoc habet.* οὐκ ἔστι τούτῳ (in dativo generis masculini) λοιπὸν οὐδέν. *Nihil rerum omnium huic* (Timarcho) *superest.*

ibid. v. 9. οἰκία] Ubi quisque in suo proprio habitat. συνοικία] domus aliis ad inhabitandum mercede elocata.

§. κβ'. p. 49. v. ult. ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς] Sesquifœnoris. h. e. ingentis. nam alias statum et vulgare fœnus in singulas minas erant seni oboli, seu drachmæ singulæ menstruæ.

p. 50. v. 5. ἐκμαρτυρῆσαι] Dubito, significetne hoc verbum ἐκμαρτυρεῖν hoc loco simpliciter enunciare, prædicare, suo testimonio proclamare, an id, quod in foro Attico significare solebat, per testimonium literis consignatum, ab absente, vel peregrinante ad judices missum, aliquid confirmare. Sed huic posteriori modo interpretandi obstat adjunctum δεῦρο παρακαλῶ.

§. κγ'. p. 50. v. 22. ἐβούλευεν οὗτος] Intelligimus ex hoc loco, quo anno suscepta sit hæc in Timarchum ab Æschine actio.

Constat Athenis neminem, nisi semel per vitam, βουλευτὴν fuisse. Porro constat Timarchum anno ante, quam ab Æschine reus ageretur, Senatorem fuisse. Testatur hoc perspicue p. 40. v. 8. Fuit autem Timarchus Senator archonte Nicophemo, quod hic locus testatur, et paulo supra versus 17. Ergo anno post Nicophemum acta hæc est causa. Sed archon fuit Nicophemus anno quarto Olympiadis 104. Habita igitur est hæc oratio anno primo Olympiadis 105.

ibid. v. 23. ἔκλεπτον] Hegesander et Timarchus.

p. 51. v. 7. ἐξεφυλλοφόρησεν] Proposuit quidem Senatui deliberationem de Timarcho senatu movendo. Verum re ad suffragationem deducta, repudiata est illa auctoritas rursusque in collegium Senatorum receptus Timarchus.

§. κδ'. p. 52. v. 8. ταλάντου] Subaudi τιμὴν vel ζημίαν. *irrogastis mulctam.*

ibid. v. ult. καθὼς] Dedi de meo καθ' ἃς, scil. συνθήκας, item πράσιν pro πρᾶξιν.

p. 53. v. 1. ΜΑΡΤΥΡΙΑ] Prætuli Μαρτυρίαι, sunt enim duo testimonia, Leuconidæ et Philemonis.

§. κέ. p. 53. v. 18. τῶν ἐκ τῆς] Aut plane delendum est hoc τῶν, cum Lock. aut ejus loco leg. est τούς.

ibid. v. 24. τοὺς ὀνείδη] Malim τοὺς ἐπ' ὀνείδει. Sed locus varie potest tentari, sive τοὺς ὄνειδος τὸν ἑαυτῶν βίον, sive τοὺς ὀνείδη τοὺς ἑαυτῶν βίους, sive τοὺς ἐπονείδιστον τὸν ἑαυτῶν βίον. Verum, quod primo posui loco, ideo id equidem præferam, quod literarum vestigiis fidelius inhæret. ἐπ' ὀνείδει παρασκευάζειν τῇ πόλει idem est dictu, atque ἐπ' ὀνείδει τῆς πόλεως.

p. 54. v. 3. αὐτὴν] Malim ταύτην.

ibid. v. 22. μὴ γὰρ εἰ ὅτι] Duo postrema vocabula transposui. *Ego, qui vitam mihi vitalem haud ducam, si vobis videar solummodo ita vixisse, ut credibilia sint crimina mihi imputata, nedum si ea reapse perpetravero.* μὴ ὅτι significat idem, atque μὴ μόνον, et aliquanto etiam plus. Constructionis hujus paulo intricatioris explicatio hæc est. ἡγούμενός μοι τὸν βίον ἀβίωτον εἶναι· (οὐκ ἐρῶ, ὅτι τοῦτο ἡγοῦμαι μόνον, εἴ τι τούτων πέπρακταί μοι, ἀλλὰ καὶ εἰ δόξαιμι μόνον ὑμῖν.

ibid. v. pen. καταχρήσασθέ μοι] Bene habet. Utimini me, seu corpore meo, pro lubitu vestro, ad parandam vobis ex eo defensionem. V. p. 111. v. ult.

§. κϛ'. p. 55. v. 9. αἱ οἰκήσεις] Id est τὸ οἰκεῖν τοὺς μὲν ἐνταυθὶ, τοὺς δὲ ἄλλοθί πη. Hoc, quod alii aliis in domiciliis habitent.

ibid. v. 15. οἰκήσεται] Taylorum obstrepentem nil curans, cum Stephano facio, et ad ejus mentem Græcam hujus loci orationem reformavi, in hoc uno discedens ab illo, quod pro ἰατρὸς οἰκήσεται dedi ἰατρὸς εἰσοικίσηται, cum Stephanus simplex οἰκίσηται voluisset.

§. κζ'. p. 56. v. 2. παραφέρει —] Ratiocinatur sic. Si vulgaris fama rebus in omnibus vera esset, fideque digna, consequeretur hoc quoque, me, cum Batalum appellari audio auscultare, aures arrigere, animum advertere, insistere vestigiis, propius accedere, existimare vocem hanc ad me pertinere, me vocari. Vulgari enim dicterio, non Demosthenes, sed Batalus, clueo. Ego vero alia omnia. Stultus sim, si scommate movear. Fama itaque vulgaris sæpe mendax et floccifacienda est.

ibid. v. 6. τινὸς] Non cum ὑποκορίσματος, sed cum τίτθης cohæret. Id sibi cognomen adhæsisse ab aliqua nutrice sua, quæ id sibi imposuisset.

ibid. v. 16. περὶ δὲ κ. τ. λ.] Locum hunc ut Stephanus dederat, ita reliqui, certa medicina e bonis libris haud suppetente. Videtur Æschines ita dedisse. περὶ δὲ τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους τε καὶ λόγους καὶ τὰς πράξεις καὶ τύχας ἀψευδής τις.

p. 57. v. 15. τὴν δόξαν] Ante aut post τὴν deesse videtur ἀθάνατον, aut ἀΐδιον, aut tale quid.

p. 57. v. 22. ἣν — ἐπισκῆψαι] Dedi ἢ — ἐπισκήψασθαι istud auctore Wolfio, hoc me. nam ἐπισκήπτειν in activo est *imperare, mandare.* Pro *reum agere, insimulare* solummodo in medio usurpatur.

ibid. περὶ τῆς Δ. ἐπωνυμίας] *Quod ad Demosthenis cognomen attinet,* ut Latinum *de. De Demosthenis cognomine* subaudi, *si dicendum mihi sit.* Nota est ista præpositionis usurpatio. Subauditur εἰ βούλεσθε ἀκούειν, *audire si vultis.* V. p. 59. v. 17. et quæ dixi ad Polybii pag. 170. Rectius tamen hæc verba pro judicio marginali habeantur.

p. 58. v. 2. κατὰ τῶν φίλων] Pungit prævaricationem Demosthenis, modo pro Phormione adversus Apollodorum agentis, modo pro hoc adversus illum. quam inconstantiam et perfidiam pæne dixerim, tametsi genus vitæ, cui serviebat Demosthenes, pæne necessariam facit, ægreque cavendam, vir tamen honestus et æqui servans, castitatique conscientiæ et religionis sanctitati studens haud facile neque probet, neque in se admittat.

ibid. v. 3. περιενέγκας] Bene habet. *In orbem si quis circumferat, ostendatque singulis quibusque judicibus.*

§. κή. p. 58. v. 9. διατριβαῖς] Nam qui frequentes sunt in congressibus hominum elegantiorum, hi comtiores atque urbaniores etiam habentur, atque esse solent. Viderunt, ut hodie loquimur, *grandem mundum.*

ibid. v. 12. ἀρχὴν παραφέρων. πρῶτον]

Sic dedit Stephanus. ἀρχὴν παραφέρειν. πρῶτον Wolf e conjectura. Id quod Taylor, pro more suo, reddidit. Sed bene habet participium, et sic erat interpungendum, ut feci. ἀρχήν· παραφέρων πρῶτον μὲν — redit hoc participium ad ἐπιχειρήσει. dicere audebit me infandæ alicujus illiberalitatis atque immanitatis *principium*, (h. e. primum exemplum, quod alii deinceps imitentur,) aut, si mavis, *principatum* atque tyrannidem reperisse, allegans, aut provocans ad amicitiam Harmodii atque Aristogitonis.

ibid. v. 13. τὴν πρὸς] Post τὴν videtur αὐτῶν deesse.

ibid. v. 14. τὸ πρᾶγμα] Scil. τὸ ἑταιρεῖν καὶ τὸ ἐρᾶν καλῶν σωμάτων.

ibid. v. antepen. εὔχεσθαι] Planius quidem est εὔχεσθε, quod Taylor exhibuit. Sed bene habet εὔχεσθαι, quod Stephanus. Subauditur a communi φήσουσι. est oratio obliqua, ut est quoque in insequentibus.

p. 59. v. 4. περὶ ἐμοῦ ποιεῖσθαι] Ego malim aut κατ' ἐμοῦ ποιεῖσθαι legi, aut περὶ deleri, tametsi haud infitiabor tolerari posse.

ibid. v. 6. τὸ δὲ πρᾶγμα] Frequentationem palæstrarum in invidiam adduxisse, ut pro re infami haberetur, adeoque periculosa, quia verendum sit, ne juventus ita corrumpatur.

p. 60. v. 13. οὐδὲ βλάβην] Malim οὐδ' ἐκ τούτου βλάβην.

ibid. v. 14. ὄντος] Scil. τοῦ παιδός.

ibid. v. ult. ἐν τῷ μέτρῳ] Τῷ malim abesse; et v. 3. p. 61. καὶ [primum], nisi malis hoc pro *etiam*, non pro *et* accipere.

§. κθ'. p. 61. v. 3. ὁμοίων] Id est σωφρόνων.

ibid. ὧν οὐ χρὴ] Scil. ἐρᾶν, ἐρῶντας. quod est a communi repetendum.

ibid. v. 7. τὸν μὲν ἔρωτα] Hujus μὲν apodosin non reperio. nisi pro γὰρ versu 10. δὲ substituas.

ibid. v. 11. ὥς ἔν τι τοῦτο τῶν λυπηροτάτων ἀναμιμνησκόμενος] Hæc verba damnat Taylor, et expungi vult, pro assutis habens, et interpretamento vocabuli ὀδυρόμενος. In quo multum fallitur. τοῦτο pertinet ad insequens ὅτι τῆς ὑποσχέσεως ἐψεύσατο. Fidem a se datam, violatam commemorat, ut rem animo suo multo acerbissimam ὀδυρόμενος, id est ἐν τῷ ὀδύρεσθαι, ibi loci, ubi lamentatur Patrocli cædem.

ibid. v. 14. αὐτὸν] Hoc ad Achillem redit, ut proximum versu 13. ad Patroclum, et rursus αὐτῷ ibid. ad Achillem.

§. λ'. p. 64. v. 10. πέρι] Dedi πάρα. *ex una* (ut vulgo usurpant) *circumstantia*.

ibid. 11. οὕτω ὅστις] Dedi οὕτω χὤστις, id est καὶ ὅστις. dudum ante sic conjeceram, quam prodiret cl. Valckenaeri ad Euripidis fragmenta diatriba, qui p. 270. pari modo verba hæc exhibuit.

ibid. v. ult. ποιεῖσθαι] Haud displicet πεποιῆσθαι. Sed et præsens locum facile tueatur. *Judicare se ait solere.*

p. 65. v. 8. δημοσίᾳ] In rebus ad remp. pertinentibus.

ibid. πάντα] Omnia ista tria, bona paterna, mercedem stupri, et largitiones, quibus se ad vendendos honores immunitatesque, et ad jus civile vel forense violandum corrumpi passus est.

ibid. v. 10. ἐκ τίνων ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων] Nisi quid deest, subaudi γνώριμος, aut περιβόητος, aut tale quid.

ibid. v. 11. ἐξ ὧν] Idem est ac si dixisset μετὰ vel διὰ τὸ πρᾶξαι ἃ, *quæ patrando*, *post* vel *ob* quorum perpetrationem. Planius utique dixisset ἃ πράξαντα.

§. λά. p. 65. v. 25. ἐλευθέρων] Malim ἐλευθέρως, quod interdum pro ἐλευθερίως usurpatur.

ibid. v. antepen. Περιθοίδου] Malim Πειριθοίδου, ut sit patronymicum a Πειρίθοος. multa ejusmodi nomina occurrunt in nominibus Atheniensium propriis in ίδης desinentia, a nominibus heroum ducta.

p. 66. v. 11. εἰς τὸ μειράκιον] Subaudi τοῦτο εἰρῆσθαι.

ibid. v. 17. μνησθήσομαι] Subaudi μόνων, idem est ac si dixisset τούτων μόνων νῦν μνησθήσομαι, ὧν ἥκιστά μοι μέλει. Solos illos commemorabo, quorum inimicitias mihi consciscere nil reformido. V. p. 68. v. antepen.

ibid. v. 23. ἐμίσει] Quod olim pone ὑπερβεβηκὼς legebatur, expunxi, ut turbans sententiam, a bonæ quoque notæ codicibus, teste Tayloro, exsulans. Quamquam, mei si res fuisset arbitrii, e loco suo transtulerim potius in alium, et verba sic struxerim. ὑπερβεβηκώς. ἥ τίς τ. π. οὐκ ἐμίσει, οὐκ ἐδυσχέραινε Κηφ.

p. 67. v. 8. εἰς τοὺς πεπορνευμένους] Videntur iteranda. Desideratur enim responsio ad præmissam interrogationem.

§. λβ'. p. 67. v. 23. τὰς συνθήκας τὰς] Τὰς secundi loco malim τῆς.

ibid. v. 27. ὧν] Dedi de meo ἐξ ὧν, *ex iis*, vel *secundum ea, quæ hi aiunt.*

ibid. v. 29. λεγόμενον] Post λεγόμενον videtur ἀκούειν deese. *Existimate vos rem, non oratione mea expositam audire, sed oculis præsentem, cum geritur, cernere.*

p. 68. v. 3. λόγου] Post λόγου videtur, non solum τυχὼν deesse, quod cum λόγου cohæreat, sed etiam ποιούμενος. Quod postulat insequens κατηγορίαν, alias id sine fulcro nataturum, ut sic legatur: καὶ λόγου τυχὼν, ποιούμενος μετὰ σπουδῆς κατηγορίαν, *et impetrata dicendi venia, cum accusationem exsequeretur.* Neque enim dici potest ἐρεῖ κατηγορίαν, pro ἐρεῖ ἐν κατηγόρου τάξει.

ibid. v. 13. δικάζεται] Taylor suadet δικαζέτω, in quo humani quid passus est, immemor differentiæ, quæ inter activum

hujus verbi mediumque interest. δικαζέτω foret *judicato*, id quod ab hoc loco est alienissimum. Obversabatur ejus animo δικαζέσθω, *jure experitor, jure agito*. Bene habet vulgata, idem significans, atque προσποιούμεθα νῦν καὶ τίθεμεν ὅτι δικάζεται. Mutandum si quid sit, quod video nil esse, malim, non οὗτος, sed οὕτως legi. ἀλλ' οὐχ οὕτως. *Sed causa sic non habeto*. Fingamus rem contra esse, atque modo ponebamus. Verum, quod dixi, causa nulla nos hoc quidem loco a vulgata discedere cogit. οὗτος redit ad conductorem.

ibid. v. 20. αὐτῶν] Dedi αὐτῷ, *qui tumultus ei non occurret?*

ibid. ἔπειτα ἐκβάλλῃ] Reliqui locum hunc in manifesto vitio, quoniam eorum, quæ ad illud tollendum seu libri, seu ingenia virorum doctorum attulerunt, nihil satisfacit. Videtur orator mihi quidem sic reliquisse: τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ, εἴ γε τοιοῦτος ἐμβάλλει εἰς τὴν ἀγορὰν, ἢ στεφανοῦται [vel στέφανον αἰτεῖ] ἢ πράττει τι τῶν αὐτῶν ἡμῖν. *Ecquis jam non aget oratorem, si hujusmodi homo* [ista fama, istis moribus, atque Timarchus] *in forum irrumpit, coronam gerit* [aut *petit*, h. e. *honores*. honorum enim judicia et insignia erant coronæ] *aut aliud quid*, quodcunque tandem *agit pari nobiscum jure?* Senatores munere fungentes coronas gerebant, annoque functionis evoluto, Senatus munere decedens a populo coronam petebat auream, testimonium virtutis et rei bene gestæ, quo acta sua confirmarentur, et rata haberentur. Sed medicina desperato huic loco aut nulla, aut a melioribus libris veniet.

p. 69. v. 2. πρὸς τὰ κοινὰ] Post πρὸς τὰ κοινὰ videtur ἤδη deesse.

ibid. v. 4. διὰ τοῦτο] Τοῦτο an τοῦτον præstet, ambigo.

§. λγ'. p. 69. v. 11. ἔξωθεν] Quæ argumenta forinsecus afferet atque ingeret, causæ suæ ergo, quæ mala et conclamata est, defendendæ, a moribus aliorum populorum petita, penes quos amor puerorum honestus, et a legibus seu concessus, seu imperatus est, vel vulgari more sancitus. Vel potius τὰ ἔξωθεν h. l. sunt res a causa præsente alienæ. Id quod insequentia docent. V. p. 70. v. 6.

ibid. v. pen. εὐφημίαν] Qua scil. Philippus in suis ad S. P. Q. A. literis, item in suis ad nos legatos sermonibus coram usus est.

§. λδ'. p. 70. v. 9. τεχνίτου λόγων] Post τεχνίτου λόγων aliquid deesse recte vidit Taylor. Nescio, an his paucis defectus expleatur καὶ μιαροῦ, οὗ τὸν τρόπον (vel τὴν βδελυρίαν) νῦν διηγήσομαι.

ibid. v. 11. ἀνάλωσε] Lectio ἀπώλεσε videtur probanda. Demosthenes enim hereditatem ipse non prodegerat, sed tutores minuerant, et inter se diviserant. Verum ut hæc lectio veritati rei gestæ est convenientior, ita illa altera vulgata inimici acerbitatem magis decet.

ibid. v. 19. εἰς τὴν φιλίαν ταύτην] Bene si habet, significat, in illam pellexit amicitiam præclaram, omnibus notam, cujus exitus tam felix fuit. malim tamen ταύτῃ legi, *hac ratione*.

ibid. v. 21. κατάλογον] Suspicabar φοιτητῶν h. l. deesse, antequam e Tayloro intelligerem, in msto quodam codice supplementum hoc, quod adscivi, legi ῥητόρων ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων. Non improbo numerum pluralem καταλόγους [Helmst. κατὰ λόγους ἀποφαίνων] indices, dummodo reliqua quoque ne desint.

p. 71. v. 4. ὑμῖν ἑταίρους] Suspicor hic pauca quædam deesse, ad hunc ferme modum: ὑμῖν πολεμοῦντας (vel ἐπιβουλεύοντας, vel ἐνυβρίζοντας) τοὺς ἑταίρους.

ibid. v. 19. διατριβὴ] H. l. est narratiuncula lepida, qua belli homines considentes inter se jactanda et dicteriis exagitanda tempus suaviter fallunt animumque oblectant. Eodem sensu accipio vocabulum hoc versu tertio quoque, nisi malis ibi *schola* reddere.

p. 72. v. 17. καλοὶ μὲν] Supra p. 24. v. 9. erat μόνον, ubi locus hic iisdem verbis legitur. utrumque bene.

§. λέ. p. 73. v. 14. λόγον] Post λόγον videtur deesse χρηστόν.

ibid. v. antepen. πολὺν] Sic recte legitur in edd. Aldi et Wolfii, ut nesciam, qui πόλιν, tam crassus error, in Stephani edi tionem irrepserit. Item sic [πολὺν] emendasse Marklandum ad Lycurgi [videtur Lysiæ exarare voluisse] p. 606. annotarat Taylor.

p. 74. v. 6. ὑποδεδειλιακότων] Tametsi Wolfii conjecturam ἀποδεδειλιακότων haud sim repudiaturus, si a bonis auctoribus confirmetur, satius tamen duxi vetustam lectionem revocari, quæ non est intolerabilis. ὑπὸ potest in tali compositione idem, atque πρὸ significare. δειλιᾶν πρὸ τοῦ κινδύνου.

ibid. v. 9. ταχὺ] Pro τάχα. Quod exemplo non caret, ego equidem haud sollicitaverim.

ibid. v. 10. εἴασε] Εἴασε an εἴασαν legatur perinde erit, quorum illud ad senem, hoc ad Lacedæmonios redeat. Oratio est ironica.

§. λς'. p. 74. v. 17. ἀφ' οὗ] Videri possit bene habere. *a quo facto, unde, qua de re*. quia tamen sequitur, συγκαθειργμένη, [scil. τῷ ἵππῳ,] et quia codices in ὑφ' οὗ consentiunt, merito hoc præfertur.

ibid. v. 18. διὰ λιμὸν] Subaudi ἐξηγριωμένου.

p. 75. v. 12. τὸ πρᾶγμα] Congressus amantium cum amatis.

ibid. v. 13. λόγον] Sermones amantium

inter se de conditionibus mutuæ consuetudinis.

§. λζ'. p. 76. v. 1. πρὸς τὰς αἰσχύνας] Id est πρὸς τοὺς αἰσχρὰ πεποιηκότας. *erga eos, si qui turpia et flagitiosa commiserint.*

§. λή. p. 77. v. antepen. κατασκευάζετε] Haud equidem improbem lectionem κατασκευάσετε, si codices assentiantur. Verumtamen haud equidem video, quid eam admodum necessariam faciat. Quare veterem vulgatam h. l. immotam reliqui.

p. 78. v. 4. καιρὸς] Diuturnitas impunitatis, cujus vos ipsos tandem pœnitebit, cum videbitis supinitate atque indulgentiæ intemperantia malum, non leniri, sed exacerbari.

ibid. v. 10. αὐτῶν] Bene habet. Timarchi puta ejusque consortium et similium, qui sese iisdem, atque ille, flagitiis contaminabant, et patronos quoque suos, pariter atque ille, habebant.

ibid. v. 18. ἀκολάστων] Fuit cum existimarem designari turbatores reip. si qui seditiosis sermonibus concionem commoverant, et soli in rep. dominari affectarant. Quoniam autem hæc interpretatio cum insequentibus versu 26. τοὺς δὲ τῶν νέων θεραπευτὰς parum convenit, et præterea præpositio ἐκ adhuc aliud quid desiderare videtur, suspicor nunc deesse πεπλουτηκότες post ἀφθόνως. Qui locupletes facti sunt e flagitiosis, seu impudicis, et ex iis, qui istis consuescunt, cujusmodi sunt lenones, scorta, coqui, histriones, hospites popinarii, equorum et canum venaticorum mangones.

# IO. IACOBI REISKII

AD

# ÆSCHINIS ORATIONEM

## QUÆ EST PRO SUA LEGATIONE

# ANNOTATA.

§. ά. p. 84. v. pen. προειρημένας] Potest ferri, nescio tamen, an præstet προσεῤῥιμμένας, *adspersas*, a προσρίπτειν: vel προσηρτημένας, *appensas, affixas*, a προσαρτᾷν.

§. γ'. p. 86. v. 2. τῷ βίῳ] V. κ. Τιμάρχ. p. 44. v. 15. seqq.

ibid. v. 5. πέπεισται] V. κ. Τιμάρχ. p. 52. v. 18.

§. έ. p. 86. v. 21. ἄλλης] Bene habet. De reliquis accusationis capitibus, quæ diversa et aliena sunt ab hoc capite, quod in muliere illa Olynthiaca versatur.

ibid. v. ult. ἂν] Plane Latinum *an* h. l. est.

§. ζ'. p. 89. v. 15. τοῦτο] Scil. τὸ πέμπειν δεῦρο πρέσβεις ὑπὲρ τῆς εἰρήνης.

ibid. v. 18. ἐπέθηκαν] Harleianus codex, bonitatis non contemnendæ, verbo hoc caret. quod cum ad sententiam minus sit necessarium, eique pæne officiat, parumque conveniat Attico loquendi mori, si dicatur ἐπιτιθέναι τῇ γραφῇ τίμημα, ideo verbum hoc, ut supervacaneum et vitiose assutum, uncis inclusi. Quod verbum si quis contendat defendere, dicendum ei erit, in ἐπέθηκαν non subaudiri τῇ γραφῇ, sed τῷ Φιλοκράτει. Verum, utcunque dictionem hanc considero, male congruentem rei præsenti deprehendo. Non enim actores, vel accusatores, reo, sive homini, sive decreto, ἐπιτιθέασι τιμὴν *mulctam imponunt*, sed judices dicta sententia. Actores solummodo ἐπιγράφονται τιμὴν, mulctam nominant, qua censent dignum sive reum hominem, sive decretum vitii insimulatum.

§. ή. p. 90. v. 9. ἱκετηρίας] Recepi, quia ab uniuscujusque necessariis rami supplicatorii deponebantur.

ibid. v. 13. καὶ φιλανθρωπίαν τῆς τέχνης] Durum hoc et intolerabile mihi accidit. Videtur post φιλ. deesse καὶ ἔρωτα, aut καὶ τιμὴν *amore artis*, aut *ob honorem artis*.

ibid. v. 19. τοὺς αὐτοὺς λόγους] Quales scil. antea ex ore Phrynonis retulerat, et Ctesiphontis et legatorum Eretriensium. v. p. 89. v. 7. παρὰ an περὶ leg. sit ambigo.

§. θ'. p. 91. v. 13. ἀζήμιος] Civitates quædam Græcæ Aristodemum conduxerant, ut per ludos civitati cuique proprios fabulas doceret, ni faciat, mulctæ futurus obnoxius. Athenienses itaque legatos ad has civitates decernebant mittendos, qui pro Aristodemo deprecarentur, ut si fungi muniis et pacto satisfacere minus posset, ne fraudi ea res ipsi esset, ut qui reip. causa in legatione abesset.

p. 92. v. 1. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΕΚΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.] Dedi ψηφίσματα. εκμαρτυρια: v. vers. 17. p. 91. Cui addi velim Μαρτυρίαι.

§. ί. p. 92. v. 12. παρανόμων] V. vers. 17. p. 89.

ibid. v. 14. οἶμαι] Non male. redundat illa vox sæpe, Attica quadam elegantia, cujus vim ubique locorum haud facile neque percipias, neque reddas. Verumtamen quia codices in ἧμεν consentiunt, hoc prætuli.

ibid. v. ult. ἡμᾶς τῶν συμπρέσβεων] Tria hæc verba, ut superflua, et e scholiis inserta, uncis inclusi.

p. 93. v. 5. ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ] Juncus durus et rigidus per carnes transfixus, eo plus dolorum creat, ligatque fortius, quo est rigidior minusque cedit. humectatus autem et debilius vincit et mollius vexat.

§. ιά. p. 93. v. pen. καὶ τούτοις] Longissime circumducta hæc parenthesis desinit in verbo αἰτιάσομαι versu 2. p. 95.

p. 94. v. 4. τοὺς γὰρ] Est Latinorum *nempe*, vel *scilicet*. Est ironica recitatio excusationis, qua Demosthenes uti soleret ad molliendam et abstergendam invidiam facinoris, cujus eum Æschines hic reum facit, perfidiæ puta erga consortes

ejusdem tecti mensæque.

ibid. v. 6. ἐγγενὴς] Noli Tayloro assentire. multum differunt inter se συγγενὴς et ἐγγενής. Lipsienses, qui quidem gente Saxones vel Misnici sunt, omnes sunt mei ἐγγενεῖς. nationis enim nos ejusdem sumus. perpaucos autem Lipsiæ habeo συγγενεῖς, *sanguine mecum conjunctos.* Ne ipse quidem Demosthenes se Æschinis ferebat συγγενῆ, et puduisset quidem illum τῆς συγγενείας cum hoc; Atheniensem tamen tam bono jure aiebat esse, quam si qui alius esset optimo, eoque ἐγγενῆ ejus, et multo etiam magis, quam Æschinem, quem negabat ingenuum esse. Nobis est ἐγγενὴς *eodem e municipio populove nobiscum oriundus*, unser Landsmann [*our Countryman*]. συγγενὴς autem *cognatus*, unser Blutsuerwanter [*our Relation by blood*].

ibid. v. 15. καταπτύει δωροδοκίας] Si accusativus pluralis hic est, feram. *despuit in nos munerum acceptationes*, h. e. criminationibus de muneribus acceptis nos conspuit. Sed videtur potius genitivus singularis esse. Quod si est, necesse est, aliquid h. l. desiderari, e. c. ὡς ἐνόχους. Nam ἔνοχος non minus cum genitivo, quam cum dativo, construitur.

§. ιβʹ. p. 95. v. 5. καὶ καθῆκεν εἰς ἡμᾶς ὁ λόγος. καὶ] Καὶ secundum esse delendum, ipse mihi quoque olim persuaseram. Sed bene habet vulgata. modo ista verba καὶ τὰ μὲν ad ὑπομιμνήσκειν signis parentheseos includantur, ut feci. tum apodosis erit in istis πρῶτον μὲν γὰρ — ubi γὰρ illud eleganter redundat, ut fere semper in instauratione sermonis, longiore quadam interjectione, vel parenthesi, intercepti. Revocavi ergo καὶ ante verbum καθῆκεν. nam Taylor copulam ejecerat, vel Wolf potius, quem, sæpe festinatione et præfidentia labentem, ubique securus sequitur Britannus.

§. ιγʹ. p. 95. v. 16. αὐτοῖς] Bene habet. *illis*, Amyntæ puta et Eurydicæ, eorumque liberis et universæ domui. Vidit hoc etiam Taylor.

p. 96. v. 5. υἱὸν ἐποιήσατό σε] Adoptationes ejusmodi meræ erant cæremoniæ, quibus ille, qui alterum adoptaret, animi sui voluntatem solummodo erga eum declaratum iret, ut si quis hodie rex tæniam cum insigni ordinis alicujus equestris nobilioris alicui appendat.

§. ιδʹ. p. 96. v. 16. πρὸς Θηβαίους] Ita stat in bivio, ut tam ad διαφερομένων trahi debeat, quam ad συμμαχίαν ἐποιήσατο. nihilominus tamen suspicor pone συμμαχίαν deesse πρὸς αὐτούς.

ibid. v. 20. λέγων διεξῄειν] Hæc duo vocabula transposui, non quo vulgaris ordo haud esset tolerabilis, utcunque enim colloces, cohærebit λέγων cum ὅτι, sed quod hujus collocationis, quæ sententiam faceret planiorem, codices essent auctores.

ibid. v. 23. τεύξεσθαι] Post τεύξεσθαι desunt nonnulla de Philippo nescio quid ad illa superiora Æschinis obstrepente et querente; id quod aperte docet insequens τὴν διαβολὴν ταύτην. quod quo præmissorum referatur, nil est.

ibid. v. ult. κατ' αὐτοῦ] In ipsum Philippum. Superiora enim exempla fuerant ingrati animi a vetustioribus Macedoniæ regibus aut tyrannis erga P. A. optime de ipsis meritum demonstrati. Male Wolf αὐτοῦ ad Callisthenem retulit. Huc enim referenda erat ejus notula, errore perquam facili, ad verba μετὰ ταῦτα versu 13. relata, omissa notula ad ista vocabula adscripta. Nihil est pronius, neque excusabilius, quam ut in notulis Wolfii, quibus numeri nulli, neque paginarum, neque versuum adscripti sunt, in carnificinam inquirentium, ad sedes suas alligandis labaris. Notula illa Wolfii a Tayloro prætermissa (vel prætervisa potius) hæc est. " Μετὰ ταῦτα εἶπεν] εἶπον leg. et de persona Æschinis accipiendum." Hactenus Wolfius. Sintne plures Wolfii notulæ pari modo, atque hæc fuit, a Tayloro prætervisæ, nec ne, haud equidem dixerim, qui Basileensem editionem cum Taylorana haud contulerim. Viderint alii. In hanc forte fortuna incidi. Φιλίππῳ legatur, an Φιλίππου, et sic interpungatur, ut vulgo est interpunctum, an ut Markland auctor fuit, quod idem ego ipse quoque aliquando sum suspicatus, nunc prorsus nihil interesse censeo. Secutus tamen sum codicem bonæ notæ Harleianum. [*Access. Not.*] Taylorum erroris immeritum insimulavi. Non is, sed operæ Francofurtenses, id quod nunc demum video, notulam Wolfii omiserant.

p. 97. v. 4. ἀνοχὰς] Id est formulam literis consignatam illarum induciarum.

ibid. v. 11. ἐπεμνήσθην] Nullus dubitavi Wolfii veram et necessariam emendationem ἐπιμνησθήσομαι, ab ipso in textum immissam, et a Tayloro servatam, immotam relinquere, Tayloro quamvis improbante et obloquente.

ibid. v. 14. κύριος ὢν] Cum liber esset suffragii sui arbiter nullo metu, nulla necessitate constrictus, sed ex animi sui sententia suffragium dans, negansve cui vellet.

p. 98. v. 1. ψηφισαμένους] Subaudi αὐτό. nomina eorum, qui suffragio suo hoc decretum tulissent atque comprobassent.

ibid. v. 6. ἀντιποιῇ — ἔχειν] Bene si habet ἀντιποιῇ, valet h. l. idem atque προσποιῇ, quod si autem hoc tibi sumis atque arrogas, ut te aias Amphipolin jure tenere, ideo quod armis ceperis, concedo tuam esse, jureque a te teneri optimo, si

in bello adversus nos suscepto eam nobis eripueris, armis tuis expugnatam captamque. Nihil obscuritatis ego equidem hic cerno.

ibid. v. 7. *εἶλες*] Εἶλες inter et *εἶχες* ambigo.

§. *ιέ*. p. 98. v. pen. *μικρὸν* —] Orationemque cum paululum in vetustiora earum rerum, de quibus ageretur atque contenderetur, veluti navem in altum, adegisset.

p. 99. v. 2. *νομίζειν — οἴεσθαι*] Stephanus existimabat alterutrum esse delendum. Mihi non tantum nihil hic loci tollendum, sed vel addendum etiam videtur esse, ad hunc ferme modum. *καὶ μὴ νομίζειν ἐκβεβλῆσθαι* (aut *ἐκπεσεῖν*) *ὥσπερ τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις, διὰ τὸ οἴεσθαί τι πεπονθέναι.* neque propterea solummodo, quod consessui visus esset humani quid passus esse, existimare, se ab illo consessu explosum et ejectum esse, quemadmodum histriones scena ejici soleant, si quos inter recitandum memoria destituat.

§. *ιϛ'*. p. 100. v. 12. *διαφορᾶς*] Videtur in antiquis libris gemina hujus loci versata fuisse lectio, altera vulgata, altera, quæ pro *αἰτίου* daret *ἐκ τοῦ ἐναντιοῦσθαι.* (non autem *ἐναντίου.*) *quasi ex oblocutione bellum et discidium esset exstiturum.* quæ lectio nescio an melior etiam sit vulgata, quæ alias non est contemnenda.

§. *ιζ'*. p. 100. v. ult. *τὸ παλίμβολον*] Malim *ὁ παλίμβολος*, ut modo *ὁ κέρκωψ*.

p. 101. v. 3. *εἰσοίσειν*] Expulsa Wolfii conjectura, bona pravis mutante, revocavi veterem probam lectionem *συστήσειν*.

§. *ιή*. p. 101. v. 14. *τινα ἑαυτοῦ*] Velim interseri *τῆς*.

ibid. v. 15. *χρόνῳ καὶ βίῳ*] Est hendiaδυοῖν, pro *χρόνῳ τοῦ βίου*.

ibid. v. 17. *ἀνακροτήσας*] Aut hic est pro *συγκροτήσας*, aut illud *ἀνὰ* in hac compositione iterationem et frequentationem, *iterum atque iterum cum manus complosisset.*

§. *ιθ'*. p. 102. v. ult. *οἳ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῇ πίστει λέγοντες ἄξιοι ἦσαν τ. π.*] Post *πίστει* addidit Wolf de suo hæc verba *καὶ πράττοντές τε καί*. quæ Taylori quoque recoxit editio, pro more, plus illa, quam Criticum decebat, in renovandis et propagandis Wolfii erroribus et imperiis ultro sumtis, religiosa. Lectio Stephaninæ, ex Aldina repetita, mihi satis probatur, quæ hoc vult. *οἳ ἐν τῷ λέγειν* [hoc est, *ἐν τῷ διαλέγεσθαι Φιλίππῳ ὑπὲρ τῆς πρεσβείας*] *ἐπέδειξαν ἑαυτοὺς ἀξίους τῆς πόλεως, καὶ ἕνεκα τῶν λόγων* [*ὧν εἶπον* puta, *καὶ τῆς τῶν λόγων δυνάμεως καὶ δεινότητος*] *καὶ ἕνεκα τῆς πίστεως. qui verba pro rep. facientes, verbisque fideque digni ea essent.* Digni rep. sunt legati hi, qui et exspectationi civium de se conceptæ satisfaciunt, ut nihil sit, quod eos ipsorum pœniteat, et qui magnam reip. apud exteros famam neque verbis, neque factis minuunt.

§. *κ'*. p. 104. v. 5. *καὶ δεδεγμένον*] Verba hæc mihi suspecta. Cur enim post participium temporis præsentis *ἐπισημαινόμενον* usurpet partic. præteriti? Deinde *δέχεσθαί τινος λόγους* est exspectare alicujus orationem verba facturi. Atqui Æschines jam verba fecerat. Non displiceret Scaligeri *ἀποδεδεγμένον*, si cum *ἀποδεχόμενον* mutetur.

§. *κά*. p. 104. v. 15. *ἐπράττομεν*] Videtur in codd. quibusdam olim fuisse *ταῦτα ἑξῆς ἐπράττομεν. hæc omnia,* summa cum minimis, *egimus,* nihil quicquam omittentes.

ibid. v. pen. *μνημονικὸν*] Non de nihilo suspectum hic est, quod modo versu 22. præcesserit, nec tamen ideo Marklando assentiar. Suspicer potius oratorem, sic ferme dedisse. *συμποτικόν τις αὐτόν φησιν εἶναι. καὶ γὰρ ἕτεροι ἦσαν. πιεῖν δεινὸς ἦν; ἀλλὰ — festivum et hilarem in conviviis Philippum esse, est qui aiat. Fuerunt et alii. Bibulus est. Atqui Philocrates noster multo et bibacior.* Illud *συμ* in *συμπιεῖν* videtur ex *ἦσαν* natum.

p. 105. v. 2. *οὗτος*] Post *οὗτος* videtur *τῆς οὐσίας* desiderari. debent enim res ab Æschine communicandæ ejusmodi esse, ut personis eorum, quibus impertiendæ illæ sint, conveniant. Demostheni quidem bene convenit communicatio *τοῦ λόγου*, minus autem populo, cujus e re magis erat collatio pecuniaria, unde resp. sustentaretur. Convenientior itaque multo erit hæc oratio: neque vobis facile quicquam de bonis suis impertiat, neque mihi locum relinquat declamandi. Notat itaque cupiditatem Æschinis. Avarus est, ait, Æschines, et ærario debita denegat, at idem tamen regnare in suggestu et solus loqui vult in foro et in concione, cæteros omnes tacere.

ibid. v. 4. *βούλομαι*] Haud ego equidem hoc vocabulo offendar. paullo quidem, haud enim infitiabor, est oratio involutior. verum in sermone communi, cujusmodi sermo hic Demostheni tribuitur, talia faciles ferimus. Sententia est: *βούλομαι σπείσασθαι, — καὶ ἐπὶ τούτῳ γράψαι ψήφισμα.* Et præterea mire valet illud *βούλομαι σπείσασθαι* ad invidiam Demostheni creandam. Ita enim superba fingitur loquens, ac si solus remp. gubernaret, omniaque pro arbitrio ageret, populusque in ipsius auctoritate esset, atque ex ipsius nutu ac renutu penderet.

ibid. v. 6. *καὶ τοὺς πρυτάνεις, ἐπειδὰν*] Ego rursus expunxi Wolfianum istud assumentum *κελεύειν*. Aptus est infinitivus *ποιεῖν* e superiori v. *βούλομαι*. Volo Prytanas concionem convocare. Quasi ex

unius Demosthenis nutu Prytanes penderent, et ad ipsius arbitrium conciones convocandæ aut dimittendæ, et res gerendæ sint, aut cessandum.

ibid. v. 16. ψηφίσματα Δημοσθένους] Pro plurali dedi singularem ex auctoritate Harleiani. Erat enim unum modo illud Demosthenis; quapropter recte ψήφισμα appellatur. Verum tamen quia pluribus idem constabat articulis, ideo non minus recte ψηφίσματα appellatur. Secundum articulum de meo addidi, convenienter Attico loquendi mori, qui a vulgata lectione violatur.

§. κϛ'. p. 106. v. 5. πραγματείαν] Satis mirari non possum, cur Taylor toties conjecturas Wolfii illas ipsas, quas ipse damnat, tamen in editione sua reddiderit. Malæ si erant, cur toleras? cur non expungis? Dedi κοινωνίαν libris auctoribus.

ibid. v. 7. εὑρήσετε] Equidem tuear. recte si rem perpendetis, videbitis, reperietis ex his testimoniis.

ibid. v. 13. ἧς] Malim ὡς αὐτῆς. meministis, Demosthenem illius accusationis principium fecisse illam concionem, quam —

ibid. v. 16. τούτῳ] Malim τούτων. harum rerum gestarum in tempore tam improbe, tamque impudenter est mentitus, ut miserum sit. σχετλιάζειν h. l. accipio pro σχέτλιον ἑαυτὸν παρέχειν. gessit se sceleratum, cujus ob enormitatem audaciæ in mentiendo deceat deorum hominumque fidem obtestari.

ibid. v. 18. μεταπεμφθέντες] In nominativo bene habet. non enim legatos populorum, sed populos ipsos μετεπέμψαντο Athenienses, h. e. ἔπεμψαν πρὸς αὐτοὺς ἀξιοῦντες συνελθεῖν Ἀθήνησι διὰ τῶν ἑκάστης πόλεως πρέσβεων, mittebant Athenienses legatos ad populos quosque Græciæ, invitantes atque rogantes eos, ut Athenis convenirent, non ipsi quidem, id quod fieri nequiret, at per legatos tamen, personam populi cujusque, unde essent, repræsentaturos. Erant itaque populi ipsi οἱ μεταπεμφθέντες, arcessiti, non autem legati eorum. Legationes enim Atheniensium, non ad legatos populorum, nondum designatos, sed ad ipsos populos mittebantur. Populum ipsum μεταπέμπεται is, qui per legatos suos eum rogat, ut per legatos a se delectos se convenire velit.

p. 107. v. 4. ἐνεστηκότος] Hic non idem, quod vulgo, significat, ἔτι μέλλοντος καὶ ἐπερχομένου, imminente bello, et accedente, sed ἔτι πιέζοντος καὶ ἐνοχλοῦντος, adhuc premente et vexante nos.

ibid. αἱρέσεως ὅτε] Malim καὶ interseri. Duo sunt diversa tempora, alterum, quo legatio decernitur, alterum, quo ablegatur et iter init.

ibid. v. 8. εἰς τὸν δῆμον] Si εἰς servatur, leg. videtur προόδους, detracto primæ syllabæ sibilo. Sin autem προσόδους servatur, malim loco εἰς aut ὡς aut πρός. v. vers. 17.

ibid. v. 13. προβουλεύματα αὐτῶν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου] Potest hæc vulgata lectio, si quis contendat, probari. προβούλευμά τινος potest significare *Senatus consultum* in alicujus causa, ὑπέρ τινος. ut apud Demosthenem, δίκη ὀνόματος, pro δ. ὑπὲρ ὀνόμ. *actio de nomine* et alia talia crebra et pæne infinita. Verum, hoc sic posito, quid facies in sequentibus ἐκ τοῦ βουλευτηρίου? Succurrit hic gemina emendandi ratio, ut aut αὐτῷ legatur, *illi*, scribæ publico puta; aut, quod malim, αὖ τὰ τῶν, *probuleuma eorum, qui Senatui tum intererant;* aut denique utrumque erit copulandum, ad hunc modum προβουλεύματα αὐτῷ τὰ τῶν ἐκ τοῦ βουλ.

ibid. v. 15. ἐξέπεμψαν] Bene habet, scil. Athenienses, quod nomen modo præcessit.

ibid. v. 18. παράσχῃς] Aldus dedit παράσχῃ· perinde est, utraque lectio bona est, utrobique secunda persona singularis, illic in activo, hic in medio. Prætuli tamen lectionem Aldinæ, ut editionis principis.

ibid. ἐν ᾧ συ φῂς ὄντα χρόνῳ] Cur ὄντα, et non potius γεγονότα aut γεγραμμένα. In Harleiano est pro duobus vocabulis ἐν ᾧ unum ὡς, et pro χρόνῳ, ibidem legitur χρόνον. Unde colligo sic esse legendum et olim lectum, παράσχῃ ὧν συ φῂς ὄντα χρόνων.

p. 108. v. 6. καὶ τοῖς συμμάχοις] Non video, cur Taylor hæc verba deletum eat. Athenis nullo non tempore legati sociorum aderant, perpetuo in Urbe commorantes, qui h. l. designantur, et v. 10. vocabulo συνέδρων. Id enim nomen erat legatorum hoc genus.

ibid. v. 18. τοὺς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων] Dubium, utros designet, legatosne Græcorum venientes, ἥκοντας, an Atheniensium Græcis e civitatibus domum revertentes, ἐπανήκοντας. ego vero hoc posterius malim.

ibid. v. pen. ἀκροάσασθαι] Bene habet, *audire relationes legatorum.*

ibid. v. ult. δόγμα] Quo sancitum erat, deliberari de pace e populorum Græcorum sententia, postquam ea ex ore legatorum esset accepta. Æschines id si voluisset, quod Markland vult, non κυρώσασθαι dixisset, sed κυροῦν. auctor sententiæ κυροῦται, populus κυροῖ. hic sciscit, ille operam dat, ut populum ad sciscendum impellat.

p. 109. v. 3. μετατιθέμενος] *Qui solet mentem mutare,* prætuli.

§. κγ'. p. 110. v. pen. ἑαυτῷ] Facio cum Wolfio pronomen hoc aut ad ἐπιδείξασθαι, aut ad παρακαθήμενον referente. quod Taylor fieri negat oportere. Refe-

rendum igitur erit ad Demosthenem, eritque tantundem, atque τῷ Δημοσθένει. Sed hoc desiderabat auditor lectorve scire, cui Demosthenes ostendisset. Nam a quo scriptum esset illud scitum, ipse statim indicat his verbis, *in cujus fronte scriptum esset nomen Demosthenis.*

ibid. v. ult. ἐπιψηφίσασθαι] Equidem tuear. Non Prohedri ἐπιψηφίζουσι, sed ὁ ἐπιστάτης, princeps Prohedrorum solus in suffragia mittebat. Prohedri suffragia aut sua dabant, aut aliorum colligebant; id quod est ἐπιψηφίζεσθαι. potestatem autem suffragandi solus dabat Epistata.

p. 111. v. 1. καὶ εἶναι] Scil. ταῦτα. et in illa formula scriptas fuisse conditiones eas. Ego revocavi hæc duo vocabula, quæ Wolf expunxerat.

§. κδ'. p. 111. v. ult. καταχρήσασθαι] Non male id quidem. Sæpe enim infinitivus pro imperativis usurpatur. prætuli tamen καταχρήσασθε.

p. 112. v. 2. μὴ κατακεκομικέναι] Plausibilis admodum conjectura Wolfii, suspicantis in illo μὴ latere numerum 48. videtur tamen negatio μὴ ab hoc loco abesse non posse, et lector, auditorve numerum potius eum exspectaturus esse, qui, quamvis minutus, tamen non sit exhibitus, quam qui sit. Quod si ergo locus hic medicina eget, quod in dubio relinquam, et, sumto, labis ei non nihil insidere, conjectura res geri potest, non minus facili, neque minus illa speciosa futura, aio Æschinem dedisse, aut μηδ' η̄ id est μηδὲ ὀκτὼ, *ne octo quidem naves reportasse*, aut μηδὲ κ̄ κατακεκομικέναι, id est μηδὲ εἴκοσι, *ne viginti quidem.*

ibid. v. 6. Δηϊάρην] Hos homines, Deiaren, Deipyrum, Polyphontem, (quæ nomina omnia cum a re bellica reperita sint, ab ipsis sibi imposita ad terrorem creandum, non a patribus, neque a dominis data videntur) non ingenuos, sed servos fugitivos, ex omnibus Græciæ populis collectos, qui se ductores gererent militum mercenariorum, quos venales offerrent Atheniensibus, seu quicunque alius mercede conducere vellet, hos itaque ξεναγοὺς appellat h. l. Æschines imperatorum Atheniensium ἀλαζονείας, h. e. materiam jactantiæ et imposturæ, quorum nominibus in concionibus ciendis et jactandis imperatores vanam et stolidam plebem Atheniensem solerent ludere et ad spem inanem inflare. Wolf inserendo καὶ de suo pone Πολυφόντην, quod καὶ in nullo libro est, locum hunc corruperat, atque obscuraverat. Servatum illud καὶ a Tayloro, ego rursus expuli. Sæpe cum essem mecum miratus, qui factum sit, ut Taylor tam crebras et tam fœdas Wolfii παραδιορθώσεις, quas ipse in annotationibus damnat, tamen recoxerit, nunc tandem ejus rei causam ex ejus schedis intellexi. Taylor Demosthenem non ordine, non uno continuo tractu quasi spiritus, non ad certam præmeditatam descriptionem, sed et tumultuarie et lente per intervalla lucubrabat. Singulas quasque orationes ad exemplum Francfurtanum vel Genevense potius, a se non correctum, recudendas dabat operis suis securus. Quarum orationum ut singulæ quæque essent excusæ, ita singulas Marklando mittebat perlustrandas, et ipse sic demum considebat ad animadversiones in eas elaborandum. Quæ utique perversa et inconsulta est ratio, desidiæ quidem illa tuæ famulans, at famam minuens et laudibus operis tui derogans.

ibid. v. 11. κοινῆς] Tametsi hoc mare liberum esset, neminique, qui vellet, vetitum id navigando exercere.

ibid. v. 13. Μυοννήσου] Post Μυοννήσου videtur excidisse τάξιν ἀντηλλάξατο, vel simile quid.

p. 113. v. 4. εἷς τῶν φίλων] Tametsi in amicis Charetis esset, eoque nollet in dedecus et damnum amici aliquid statui. Verum erat Charetis socordia et ignavia tam turpis, et res ab eo tam flagitiose gesta, ut homo vel amicissimus facere non posset, quo minus in Charetem ignominiosum quid decerneretur.

ibid. v. 6. ὑπηρετικῶν] Magnum utique dedecus, præfecto minori, cui potestas in partem classis infimam et contemtissimam esset, in mandatis dari, ut imperatorem universæ classis, verbis S. P. Q. A. objurget; perinde atque si Superintendens (exemplum enim juvat proponere nostratibus familiare) Collaboratori scholæ extremo injungat, ut verbis suis, Ephori puta atque Consistorii, Rectorem objurget. Bene hæc inter se cohærent, neque deest h. l. quicquam in ratiocinio et serie rerum; quod secus visum fuit Palmerio, sed falso.

p. 114. v. 14. ἐν πέδαις] Significat Cleophontem primitus hominem fuisse servilis conditionis, de genere servorum spurcissimo atque contemptissimo, rusticanum, non urbanum, servum.

ibid. v. 22. ἀκρίτως] Servandum equidem censeo, sed una admonendum, vocabulum hoc h. l. usurpari significatione nonnihil insolita, pro, non judicum sententia, post causam rite disceptatam, damnatos. Vulgo enim *temere, inconsulto* significat.

p. 115. v. 2. ἐπιδὰν τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὅστις ἦν] Tantum abest, ut damnem, aut suspectum modo vitii habeam, ut potius in elegantiis Atticis numerem. Idem est, ac si dixisset, ἰδὰν ὅστις ἦν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας, id est ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συνηλικιώταις, *qui non vidisti, qualis fuerit pater meus*

*ætate sua*, cum scil. eam ageret florentissimam.

ibid. v. 8. Χείλωνα] Prætuli. est Latinorum *Labeo*.

ibid. v. 9. ἀτυχημάτων] Causæ nil video, cur de secundis Atheniensium rebus hic mentio fieri debeat. Pater, malis doctus, filium docuerat sapere. Præterea additum τοῖς ὠσὶν excludit τὰ εὐτυχήματα. Feriuntur aures fortius, atque perhorrescunt a fama cladium et rerum sævarum. ad has imprimis aures arrigimus.

§. κϛ'. p. 117. v. antepen. τῶν συμμάχων] Dedi de meo τῶν συμμαχιῶν. et præterea comma, quod in vulgatis est pone σπένδουσι, sustuli. Comparantur inter se, ut disparia, αἱ συμμαχίαι et τὰ ἱερά. In sacris quidem συνεφάπτονται τῶν ἱερῶν ii, qui suam eorundem sacrorum communionem et participationem testari palam volunt. Hi eadem exta, seu lances extis oneratas, omnes easdem manibus contingunt tenentque. Non autem novi pari modo tum quoque rem geri, cum belli societas cum aliquo ineunda et jurejurando sancienda est. Ejusmodi *simul apprehensores societatum in bellis* ego equidem haud novi, neque mihi arrident. Abhorret a more. neque enim societas bellica est pannus aliquis latus et ingens, ad quem cum adstiterint utrinque centeni, oras ejus manibus teneant.

ibid. v. ult. γὰρ] Bene habet, pendet ex οὐκ ἔφη ἐπιψηφιεῖν, *negabat — huic enim negotio alium concionem datum iri*. Hoc enim est ἀποδοθῆναι, significatione temporis futuri, h. l. non præteriti. Revocavi ergo γὰρ, expuncto δὲ, quod Wolfius illi de arbitratu suo suffecerat.

§. κζ'. p. 118. v. ult. οὐχ ἑαυτοῦ] Civis, non *sui*, sed *vestri*, id est, Atheniensis, Athenis, non illinc oriundi, unde Demosthenes genus ducit. Notabatur enim Demosthenes peregrinitatis, utpote cujus avia Scythis fuisset.

ibid. προδιορθοῦμαι] Sic dederat Wolf, et secundum eum Taylor. revocavi vetustam bonam lectionem προσδιορθ. cum sibilo. Addit enim ad vocabulum πολίτου hanc veluti accessoriam διόρθωσιν, determinationem, errori præcavendo destinatam.

p. 119. v. 3. τέμνοντες] Sine dubio τέμνοντας leg. Nil offendor eo, quod statim αὐτῷ insequatur, non αὐτοῖς. Subauditur enim, unumquemque sacramentum hoc dicentium affirmare, recte sancteque de se pronuntiasse judices. Solent Attici a plurali ad singularem, et rursus ab hoc ad illum, subito transire.

ibid. v. 6. ψηφίζεσθαι] Malim ψηφίσασθαι, nam sententia tempus præteritum postulat. Nisi malis Scaligeri ἐψηφίσθαι, quod idem valet.

§. κη'. p. 119. v. 15. συγγνώμην, κίναιδον] Interposui εἰ. poterat etiam eodem sensu ἦν interponi, quod quam facile potuerit a vocabuli proximi fine elidi, vel absorberi, nemo non videt. Sed tum quoque, id quod necessario fieri debebat προσειπὼν revocavi, pro προσειπόντι Wolfii.

p. 120. v. 3. τοὺς χρόνους καὶ τὰ ψηφίσματα] Mallem sic verba struxisset τὰ ψηφίσματα, καὶ τοὺς χρόνους. Subaudi αὐτῶν.

§. κθ'. p. 120. v. 10. Φιλίππῳ, ταῦτα μὴ ποιεῖν οὐκ ἠθέλησα] Sic olim erat distinctum, ego distinxi, ut par erat, Φιλίππῳ ταῦτα μὴ ποιεῖν, et cum contestatione Philippo interdicere, ne ista faceret, [h. e. ne Kersoblepten armis vexaret] οὐκ ἠθέλησα, *nolui*, scil. ἰέναι καὶ διαμαρτύρεσθαι. Revocavi μὴ, cui Wolf arbitratu suo δὴ suffecerat.

ibid. v. 13. ὅτι] Ego equidem vulgata haud offendar, quæ idem valet, atque si dedisset orator, λεγούσης ὅτι. Quæ epistola hoc dicit, vel qua in epistola perscripta hæc sunt. Conf. ad p. 127. v. 8. dicenda.

ibid. v. 20. ἀλλὰ Μουνυχιῶνος] Sententia monstrat, pone conjunctionem paucula quædam deese, in hanc ferme sententiam: καὶ προχωροῦντος ἤδη, non solummodo aliquos Elaphebolionis dies mansimus in Urbe, sed etiam non citius excessimus, quam mense Munychione jam adulto. καὶ, quod Meadianus dabat, adscivi.

p. 121. v. 6. ὁ στρατηγὸς καὶ ἐπιστολὴ] Aut leg. καὶ ἡ ἐπιστολὴ (cum articulo) ut sit hendiadyεῖν, aut ὁ στρατηγὸς ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

ibid. v. pen. ἡμῖν] Bene habet hic locus. ἡμῖν idem est, atque πρὸς ἡμᾶς, aut ἐν ἡμῖν, et ὡς οὐκ εἰδόσι τούτοις sunt dativi consequentiæ, æquivalentes genitivis Græcorum, aut ablativis Latinorum, vulgo absolutis, aut consequentiæ dictis. *Quasi hi, judices*, nesciant. ὡς οὐκ εἰδότων τούτων.

§. λ'. p. 122. v. 5. προθυμίας] Imo vero ἀπροθυμίας. Nam qui ex itineris longi aut insuavis, et infausti molestiis, aut aliunde languent, ægrotantve, hi ad verba faciendum imprimis multa, et in magna concione, torpent.

ibid. v. 15. μηδὲν ἧττον] Tametsi Phocenses, quorum causa ista legatio illuc missa esset, jam periissent.

ibid. v. 17. ἀλλ' ἐπὶ ταύτην τὴν πρεσβείαν ἥκεις] Malim ἀλλ' ἐπ' ἐκείνην τὴν πρ. ἥκεις, quod vocabulum demonstrat κατηγορεῖς etiam bene habere.

ibid. v. 24. ὑπὸ] Ἀπὸ codd. non male. *a parte sociorum*.

§. λα'. p. 123. v. 14. ἀργὰς] Nescio an ex eo, quod esset ἀργὸς, sævus et truculentus, idemque dolosus, et ex insidiis subito solitus irruere, ut anguis, aut canis malignus.

ibid. v. pen. ἑνὸς ἀνδρὸς] Malim οὐδ' ἑνὸς ἀνδρὸς, summam argenti, ne uni quidem captivo, eique mediocris adeo conditionis homini, e vinculis liberando, satis futuram. Poterat quoque sic dixisse οὐδ' ἑνὸς ἀνδρὸς, καὶ τούτου οὐ λίαν εὐπόρου, ἱκανὰ λύτρα. Nam ut captivus quisque aut locuples, aut pauper esset, ita pluris ei libertas pauciorisve æstimabatur.

§. λβ'. p. 124. v. 11. διαμείνατε] Scil. εὐμενεῖς, quod nescio an exciderit.

ibid. v. 12. ὑπεθέμην] Id est προεθέμην, scil. εἰπεῖν. Quod modo proponebam et jam incipiebam dicere.

ibid. v. 16. εἰπεῖν] Dedi de meo εἶπον, in prima persona singularis numeri, *dicebam*.

p. 125. v. 3. ἠξίωσαν] Scil. ὁ δῆμος. Quæ forma cum sit singularis, vi pluralis est, et æquipollet τῷ, οἱ Ἀθηναῖοι. cui consentiunt insequentia, αὐτοῖς κατέλιπον, πείθωσιν, ᾠήθησαν, ut mireris viros summos in re tam aperta et obvia tamen lapsos esse. Revocavi ἠξίωσαν et κατέλιπον. Nam in editione Taylori legitur ἠξίωσεν et κατέλιπεν e paradiorthosi Wolfii.

ibid. v. 12. προστασίαν] Frontispicium, quod *staret ante* Cadmeam. v. dicta ad Polybii p. 79, 36.

§. λγ'. p. 125. v. 15. βοιωτιάζει] Potest duo significare, quorum utrum huic loco magis conveniat, aliis relinquo dijudicandum. 1) vox ei crassum aliquid sonat, et latum atque rusticum, cujusmodi vox erat Bœotorum. 2) stat a partibus Bœotorum. v. p. 139. v. 6.

ibid. v. antepen. μέντοι] Imo vero τοίνυν. sententia postulat, non *verumtamen*, sed *igitur*. Ergone sic dedit ἀπαγορεύωμεν τοίνυν, *age itaque interdicamus ipsi nobis, ne civitates inter se collidamus.*

§. λδ'. p. 126. v. 19. γὰρ] Malim οὖν. Interim revocavi γὰρ, quod libri dant, tametsi parum probem, pro quo Wolf δὲ suffecerat.

ibid. v. ult. ἔφευγε] Redit ad Philocratem.

p. 127. v. 4. τρίτον δὲ] Subaudi e superioribus repetendum διεξῄει. in τὸ subauditur ψήφισμα. v. vers. 8.

ibid. v. 8. τὸ καὶ περὶ συμμ.] Tantundem est, ac si dixisset τὸ κελεῦον καὶ περὶ συμμ. aut τὸ περὶ τοῦ καὶ περὶ συμμ. conf. ad p. 120. v. 13. dicta, et ad p. 137. v. 8. dicenda.

ibid. v. 11. τὴν ἐπ' αὐτοὺς] Exhibui τὴν αὐτοῦ, auctore libro Georgii Chrysococcæ.

ibid. v. 18. τὴν τῶν πραγμάτων θεραπείαν] Studium, quod poneret in emolitione atque perfectione ejus rei, quæ ageretur, h. e. pacis cum Philippo.

§. ε'. p. 128. v. 8. περὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν Δελφῶν] De originibus, juribus atque ritibus sacris templi Delphici, deinde quoque de originibus juribusque urbis Delphorum.

ibid. v. antepen. ἀναστήσειν] Concitaturum esse ad societatem belli secum ineundam adversus violatores sacrorum.

ibid. v. pen. συνειδῇ τι, ἢ αὐτὸς βουλεύσῃ τι] Pro primo τι malim τινι. βουλεύσῃ h. l. idem valet, atque *designet, paret facinus, machinetur*, v. vers. antepen. p. 129. planius dixisset συνειδῇ τινι, ἢ αὐτὸς βουλεύσῃ τι. *Si conscius alicui sit facinoris sacrilegiive, aut ipse tale quid moliatur.*

§. λϛ'. p. 129. v. 12. Ἐρετριέα] Revocavi, nam bene habet, expuncto Ἐρυθραῖον, quod Wolf de suo dederat. Eretria Eubœæ est. Sed Eubœenses item Iones erant.

ibid. v. 15. ἀπεφηνάμην εἶναι] S. δεῖν, cum Wolfio.

ibid. v. 16. σωτηρίας] Revocavi bonam hanc lectionem, ablegato vitioso ἰσηγορίαν, quod Wolf vulgatæ, quam non intelligeret, sponte sua suffecerat. σωτηρίας h. l. idem valet, atque ἀσφαλείας, securitate spiritus atque fortunarum, testificatione verbis conceptis edita, neminem ipsorum damni quicquam esse accepturum, sed liberam cuique fore potestatem veniendi et abeundi. *Salvum conductum* vulgo appellant. σωσταὶ sunt *conductores*, qui commeantes per itinera salvos tutosque ducunt, reducunt. σώζειν est comitari per iter, et quo vult salvum perducere. Quo de verbi significatu pluribus exposui ad Constantini Porphyrogenn. Ceremoniale.

ibid. v. ult. ἔφην] A Wolfio additum, non alienum id quidem, verumtamen non plane necessarium, (centenis enim locis demonstrari possit in contentione orationis, et prosopopœia, seu subjectione verborum ipsorum, omitti istas copulas solere) hoc ἔφην igitur, quod a libris omnibus exsulat, ab ipso Wolfio intrusum, rursus expuli.

p. 130. v. 1. παρ' ὧν μὲν βοηθεῖς] Id est παρὰ τούτων μὲν, οἷς βοηθεῖς, gratiam ab iis nullam referes, quibus succurres. Ingrati enim erga nos cum fuerint, multo melius de ipsis meritos, quam tu unquam mereri poteris, videntur multo magis tuorum beneficiorum immemores esse futuri.

ibid. v. 3. μέμνηνται] Thebani puta.

ibid. v. 4. ἀλλ' οὐ φίλοις] Non reprehendo, addubito tamen, an non potius orator dederit ἀλλ' ἢ οὐ φίλοις. Demosthenes quidem sic loqui solet, aliique Attici.

ibid. v. 12. δυνατὸς] Rariusculo sensu pro ἐγκρατής. Sed sic Æschines jam supra quoque p. 115. v. 15. secundum Mead.

§. λζ'. p. 130. v. 20. Βοιωτίας] Dedi et marte meo et auctoribus mstis Βοιωτίαν in Accusativo, ut paulo post οὐχὶ Βοιωτίας Θήβας. Quæ lectio ibi haud est sollicitanda,

*me æquum censere, ut Thebæ sint Bœotia*, h. e. in jure atque potestate Bœotiæ, et universi populi Bœotici pronuntiatis pareant, velut membrum capiti, *non contra, ut Bœotia sit Thebæ*, h. e. serviat arbitrio et libidini Thebanorum. Est quidem, haud enim infitiabor, posterius membrum priori dilucidius, minusque ambiguum. Possit enim e priori hæc quoque colligi sententia. Thebas unas debere complecti totam Bœotiam, et repræsentare, suoque arbitrio gubernare. Facile tamen veritas sententiæ, quam orator his verbis prodere studebat, ex opposito haud ambiguo elucescit.

p. 131. v. 1. πράττειν] Subaudi τῇ πόλει. Sententia hæc est. Significat Cleochares se mirari, unde subito tanta exstiterit Atheniensium cum Philippo concordia, qua factum sit, ut Athenienses legatis, quos ad Philippum de pace contrahenda misissent, nullas certas pacis conditiones præscripserint, sed mandata omnia hac brevi et vaga complexi sint admonitione, ut legati operam darent, ut quantum emolumentorum conciliare possent reip. id ei conciliare atque a Philippo impetrare contenderent.

ibid. v. 5. παραδώσειν] Me scil. Philippi voluntate et armis subnixum.

§. λή. p. 131. v. 8. διαιρούμενος] Si bene habet, non cohærebit διέβαλλε cum τὸν λόγον, sed stabit verbum illud per se et subaudietur ὑμᾶς. vos objectis calumniis deceptos, in me haud meritum instigabit. Significabit dictio διαιρόμενος τὸν λόγον copiose, multis verbis et argumentis, explicate, per singula quæque adjuncta eundo, eaque sigillatim diducendo et amplificando, et iterum atque iterum inculcando. Sin autem διαιρόμενος legatur, quæ mea fuit aliquando suspicio, cui, quod volent, pretium statuent peritiores, tum κἀκεῖνον τὸν λόγον, non ad διαιρόμενος, sed ad διέβαλλε erit referendum. illud quoque argumentum suffusa quasi quadam mendaciorum et invidiæ lolligine ita conturbavit, ut verum ejus a falso dignosci nequeat, διαιρόμενος, magna cum vocis et laterum contentione.

ibid. v. 18. λόγους] Sic nude dictum haud plane damnabo. os enim Æschini est suum proprium, alius tamen planius dixisset τοὺς τότε περὶ τ. Ἀ. λεχθέντας λόγους. [*Access. Not.*] Peribit difficultas omnis, si τότε plane tollatur, ut a libro Chrysococcæ quoque abest, aut saltim transponatur, in hunc modum: ἐμοῦ τότε τοὺς περὶ Ἀμφικτυόνων λόγους.

§. λθ'. p. 132. v. 12. τὸν καιρὸν τοῦτον] Num τοῦ ψέγειν ἐμὲ καὶ κατηγορεῖν, an τοῦ ἐξαπατᾷν ὑμᾶς opportunitas tum erat amplior, aut tibi me insectandi, aut Philippo me decipiendi? Posterius convenientius videtur.

ibid. v. 14. ταῦτα γὰρ] Locus hic olim sic erat distinctus, ut sententia obscura et impedita, aut potius nulla exsisteret: τίνες οὖν ἦσαν αἱ ἀπάται; ταῦτα γὰρ τοῦ γόντος, ἀνθρώπου ἐξ ὧν εἴρηκε, λογίσασθε. Ego sic, ut conspicitur, distinctum dedi, ut hæc, quæ plana et perspicua est, exsistat sententia: *quales autem illæ fuerint imposturæ (hujusmodi enim me probris petit ille versipellis) ex ejus oratione*, vel *relatione, colligite.*

§. μ'. p. 132. v. antepen. γράφειν] Sufficit hoc, etiam sine λόγους. Nam qui laude elegantiæ in scribendo claret, is non orationum modo, sed et epistolarum belle scribendarum artifex est. γράφειν idem valet atque συγγράφειν.

p. 133. v. 9. συγχωρήσοι ὁ κατήγορος] Præstaret utique, meo judicio, aut συγχωρήσει, indicativus futuri, aut συγχωρήσῃ conjunct. aor. primi. non ideo tamen vulgatam damno, quod optativus futuri paulo rarius occurrit. Vitii nihil est in vulgata. Fuit tamen cum suspicarer, συγχωρεῖς, οἷα κατήγορος. *Si tu, Demosthene, concedis, id quod te, qui accusator sis, concedere penes te est.* Poterat enim accusator, si nollet, veniam defensori negare. Aut, *id quod te facere, qui accusator sis, consentaneum est.* Solebant enim actores traditionem mancipiorum ad tormenta imprimis flagitare. Sed prætuli tutissimum συγχωρήσει.

ibid. v. 14. βασανιζόμενοι] Tam longe a vera sua sede revulsum ægre cum feram, tametsi exempla me haud fugiant aliorum auctorum huic similia, cujusmodi locos memini Dorvillium ad Charitonem magno numero comportasse, malo tamen hanc trajectionem errori librariorum, quam consilio auctoris imputare, me si audias, referas ad κἄν. κἂν βασανιζόμενοι φῶσιν. Et ausus sum, arbitratu meo, illuc referre vocabulum hoc, quod vulgo pone voc. συσσίτων legitur collocatum.

p. 134. v. 1. γενέσθαι] Subaudi ἑαυτόν. nihil hic deest. Sententiam dictionis haud perspexit vir doctus, qui elegantiam hujus loci conjectura violatum ibat. Negat se commissurum, ut existimatio sua, ut discrimen hujus causæ, ut salus sua in testimonio servorum versetur per tormenta expresso.

ibid. v. 3. τὰ μεγάλα] Articulo caret Mead. Dedi de meo ὅτι πάνυ μεγάλα. Oratio est subsannantis.

ibid. παραλογίζεται] Scilicet hæc epistola.

ibid. v. 6. ἀκούετε] *Auditis*, prætuli.

ibid. v. 7. συμμάχων, ἑαυτοῦ] Dedi συμμάχων τῶν ἐμαυτοῦ. Visum aliquando fuit leg. esse σ. ἑκάστου. quod idem esset, ac si dixisset καὶ γέγραφα τοὺς παραγενομένους ἐξ ἑκάστου [scil. δήμου vel μέρους] τῶν ἐμῶν συμμάχων, *et legatos, quotquot ex*

*unoquoque populo (aut genere) meorum sociorum huic cærimoniæ interfuerunt, scripsi nominatim, et ipsos, et civitates, unde missi venissent.*

§. λά. p. 134. v. ult. δημοκήρυκες] Volunt hoc vocabulum ex Harpocratione corrigere. Ego contra censeo Harpocrationem e Nostro corrigendum esse. Ecquæ enim existet sententia e vocabulo e δρόμος et κήρυξ composito? num *citus præco?* tolerabile hoc sit, quasi alii præcones fuerint lenti? Verum *præco populi*, ab uno populo ad alterum mandata perferens, ecquem offendat? Parui tamen auctoritati Chrysococcæ.

p. 135. v. 6. τὸ γὰρ αὐτὸ] Significat pecuniam.

ibid. v. 11. τρίτον] Τρίτη Harl. quod cum prætulissem, factu id quoque necessarium fuit, ut v. 13. pro τέταρτον item restaurarem τετάρτη, tametsi nihil ibi in schedis Taylori annotatum reperirem.

ibid. v. 22. τριάκοντα] Qui stipendia triginta et pauciora fecissent, exclusis illis, qui triginta stipendiis plura meruissent, nondum tamen ex annis militiæ excessissent. Nil enim video causæ, cur non licuisset Atheniensibus ad certas militias seu expeditiones militares certos militum ordines delegare, exclusis aliis. Videntur autem diversi ordines fuisse τῶν μέχρι δέκα, et τῶν μέχρι εἴκοσι, item τῶν μέχρι τριάκοντα, et τῶν μέχρι τετταράκοντα. Horum ordinum modo uno, modo duobus, modo tribus, modo omnibus utebantur, prout res ferret.

ibid. v. ult. μυστηριώτιδας σπονδὰς] Qui per omnes Græciæ civitates denunciarent, ut itinera per Græciam Athenas per mensem ante mysteria, vel sacra Eleusinia, et mensem post, tuta et pacata cuivis illuc commeaturo, domumve remeaturo essent, quo se quisque, qui vellet, Athenas conferret sacris Cereris initiandum.

p. 136. v. 5. μὴ παρ' αὐτοῖς] Malim μὴ παρούσης. *Spartæ se fraudes metuere, etiamsi non præsentis.* τὰ, quod Wolf intruserat, expuli. Vulgata si servetur, erit hæc sententia. *In aliis adeo se formidanda Spartæ metuere*, quanto magis in semetipsis, intra mœnia sua.

ibid. v. 23. τῷ μὴ βούλεσθαι] Bene habet. idem est atque μὴ βουλόμενον. aut διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι. propterea quod nollet, Philippus puta, in armorum tractatione artibusque militaribus exercere atque acuere Thebanos contra semetipsum. Nam in ἐπασκῆσαι subauditur ἑαυτῷ.

p. 137. v. 8. ὁρῶν] Imo vero ὁρῶσιν, ut ad ὑμῖν redeat. et sic dedi de meo.

ibid. κελεύων] A Wolfio post ἐξιέναι intrusum rursus ejeci. Non tenebat Wolf morem Æschinis, talia, ut λέγων, κελεύων, in similibus locis omittere amantis. cujus moris exempla jam bis vel ter in superioribus annotavimus. v. ad p. 120. v. 13. et p. 127. v. 8.

ibid. v. 11. εἰρήνης] Id est καίτοι εἰρήνης.

§. μβ'. p. 137. v. 20. οἷς] Post βοηθεῖν Demosthenes addidisset οὗτοι, [sc. si αἷς scripsisset].

ibid. v. 21. ὄπισθεν κατελίπομεν] Scil. βεβαίους φίλους.

ibid. v. 22. συμμαχίας] Scil. πρὸς Φίλιππον.

p. 138. v. 4. παραπρεσβεύσασθαι] Accipiendum solummodo de tertia, quam Æschines hic commemorat, legatione, quam Demosthenes nunquam actione persecutus est, ut secundam, sed obiter solummodo perstrinxit. Taylori tricas non intelligo. E Chrysococca dedi παραπρεσβεύσαντα.

§. μγ'. p. 138. v. 7. δεομένων] Thebanis in Pylæa Philippo assidentibus, atque rogantibus, ut Phocenses delere vellet.

ibid. τεθορυβημένης] Metu vano conterrita et pavefacta, quo minus Phocensibus succurreret, verens, ne Philippus milites suos pro prædibus captivos haberet.

ibid. v. 8. οὐ παρόντων] Erant enim cum Proxeno. v. p. 135. v. 20.

p. 139. v. 1. Ἀμφικτύονας] Malim Ἀμφικτυόνων, omisso nempe εἰς, quod præter Wolfium, auctorem habet neminem, ideoque expunxi, quod ne Græcum quidem videtur esse. dedisset saltim ὡς, non εἰς. [*Access. Not.*] E versu 16. leg. videtur: καὶ τοὺς ἐπὶ τοὺς Ἀμφικτύονας πρέσβεις.

ibid. v. 4. παρεστηκότων] Atqui jam præcessit hoc versu 6. p. 138. Jam Wolfius de hujus loci densitate, ut vere appellat, h. e. obscuritate questus est. Sententia mihi videtur hæc esse: adstantibus Philippo Thebanis atque Thessalis, frementibus, quod Philippus Phocenses, quos ipsi viritim cæsos maluissent, salvos in Cretam abire sivisset.

§. μδ'. p. 139. v. 11. Βοιωτοὶ καὶ Φωκέων οἱ φεύγοντες] Imo vero Φωκεῖς καὶ Βοιωτῶν οἱ φεύγ. V. v. 14. Sic v. 23. τὴν Βοιωτῶν φυγὴν appellat exsules Bœotos. Phocenses omnes patria sunt ejecti, Bœotorum solummodo quidam exsularunt.

ibid. v. 16. πρεσβείαν ἐπὶ] Malim τὴν interseri. trium enim, quas Æschines obiit, legationum, primæ duæ ad solum Philippum, tertia ad hunc, unaque ad Amphictyonas fuit.

§. μς'. p. 141. v. 1. καὶ καλῶς] Præposui εὖ. Sententia videtur hæc esse. paulo enim est oratio obscurior. Quæ carissima mihi sunt pignora, et quorum vulgus quidem rationes haud cernit, ab ingenuis autem ea summi fiunt, eorum et partem longe maximam, et nihil in iis, quod honeste spectari non possit, in tribunal pro-

ducam, ὁρᾷν spectatum. id est, ὥστε ὑμᾶς αὐτὰ ὁρᾷν, ut ea vos spectetis, aut ὥστε ὑφ' ὑμῶν ὁρᾶσθαι. designat patrem, fratres, uxoris fratres, et socerum liberosque.

ibid. v. 5. ὡς ἐπαιδεύθην] Interposui καλῶς. possit etiam ὁσίως vel ἐλευθερίως suppleri. V. v. 1. et p. 142. v. 7. ταῦτα, quod modo, hoc ipso versu, præcessit, redit ad id, quod subauditur, ἃ περὶ τῆς ἐμοῦ τροφῆς καὶ συγγενείας ἐπλάσω καὶ ψευδῶς εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ὠνείδισας.

ibid. v. 16. προφαίνεται] Oculis mentis, phantasiæ, obversatur. non enim produxerat eam, ut neque uxorem, Æschines, pudoris ergo magis sexui debiti, quam quod grandis natu esset. tametsi illa quoque non potuit non annis provectior esse.

p. 142. v. 11. ὥσπερ σὺ] Adde φής. v. versu 2. p. 143. Demosthenes enim Aphobeto infamiam cucullatus voluntarii exprobraverat, id quod ex contextu hujus loci patet. Scholiastæ, Græculi recentissimi, Aldo Manutio, qui Æschinem primus edidit, junioris, ad hunc locum commenta caliginosa et solœcismis oblimata, tanti non facio. Si neges φὴς aut βλασφημεῖς hic requiri, aio ego, βλασφημεῖς v. 2. redundare. Tolle verbum illuc, et huc transfer, et videbis orationem haud paulo exsistere et nervis validiorem, et concinniorem, et oratoris proposito convenientiorem.

§. μζ'. p. 142. v. 15. ὃς] Bene habet. millenis locis confirmari possit, si opus sit, ὃς post οὕτως usurpari. Verum res est vel pueris nota, et hi ipsi viri docti, qui locum hunc vitii, cujus expers est, arguunt, alios Demosthenis Æschinisque locos numero carentes huic similes, tacitos et sine nota transmiserunt. Latini pariter ejusmodi in locis, pro *ut*, *qui* usurpant.

ibid. v. 22. αὐτοὺς] Scil. τοὺς δικαστάς.

§. μή. p. 143. v. 9. χρήσομαι] Fuit olim hujus loci gemina in libris lectio, aliis id dantibus, quod, auctore Wolfio, Stephanus dedit, cui bene cum τεκμηρίου convenit, aliis id, quod Aldus dare voluisse videtur, ὃ - - - ἐρήσομαι. Ego in auctoritate codicum fui. [*Access. Not.*] Lectio ᾧ νῦν ἤδη χρήσομαι non est, quod suspicabar, a Wolfio inventa, sed antiqua. Reperi enim in libro Chrysococcæ, ut jam pœniteat, hic aliquid innovasse. Verum tamen est utrique lectioni, quo commendetur.

ibid. v. 19. ἄκων] ἑκὼν Harl. quod si admittitur, alterum quoque οὐδ' ἄκων ei erit adjungendum. *neque volens neque invitus.*

ibid. v. antepen. κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν] Bene habet. pejerat per impudicos oculos, hoc est, quod asseverat, id exsecratione prosequitur et confirmat, imprecans ipse sibi, ut, si mentiatur, in continenti cœcus fiat.

p. 144. v. 1. ὡς] Bene habet, idem valens atque ὅτι. *mentitus eum interfuisse.* nomen a se confictum edit, ac si is rei gestæ interfuisset. πλασάμενος idem est, atque ὃ αὐτὸς ἐπλάσατο.

§. μθ'. p. 144. v. 16. καὶ αἰχμάλωτον] Aut plane delendum est καὶ, aut post γυναῖκα addendum ἐλευθέραν aut εὐγενῆ.

p. 145. v. 1. ΜΑΡΤΥΡΙΑ] Dedi Μαρτυρίαι. Sunt enim duo minimum testimonia, alterum Aristophanis de Demosthenis versutia et immanitate, alterum reliquorum de Aristophanis auctoritate, ista portentosa de Demosthene ad se narrantis.

ibid. v. 4. καὶ κέχρηται] Pro καὶ αἷς κέχρηται. vel καὶ κέχρηται αὐταῖς. figura in libris Græcorum et Latinorum ubique obvia. grammaticis Zeugma, aut syllepsis usurpatur.

ibid. v. 8. καὶ δεδεμένους] Malim καὶ abesse. σκάπτοντας δεδεμένους est σκάπτοντας ἐν δεσμοῖς, *fodientes in catenis.*

ibid. v. 14. παραθερμανθεὶς] Διαθερμανθεὶς Scalig. quæ est non emendatio, sed emendationis conatus, vera corruptio loci labe caventis, ut aliæ sunt haud paucæ in his Scaligeri ad Æschinem annotationibus.

ibid. v. ult. προστρόπαιον] In antiquis libris. Aldina et Steph. codicibusque mstis, solummodo τοιοῦτον προστρόπαιον legitur sine ἐμοῦ, quod Wolf pone τοιοῦτον, de suo addiderat. Desiderari aliquid in ista vulgata, dubio vacat, ob insequens οὐ γὰρ δὴ τῆς πόλεως. Neque ego Wolfiano isto invento ἐμοῦ offendar; dummodo codicum auctoritate fulciatur. In Reg. 1. et scholio codici Harleiano h. l. adscripto (quod scholium infra in libello lectionum variantium exhibebo) loco Wolfiani ἐμοῦ legitur αὐτοῦ et ἑαυτοῦ. quod recepi, hac sententia. Facinorum et scelerum ab ipso commissorum pœnas capite ipse suo luat, fiat ipse sibi suimet piaculum. Alias haud alienus sim a suspicione, Æschinem sic reliquisse: ἐάσετε οὖν τὸν τῶν τοιούτων προστρόπαιον. *hominem dignum, qui piaculum sit eorum omnium, qui ipsi sint scelerositate similes.* In vulgata aut αὐτὸν cum simplici τὸν articulo est mutandum, aut servato isto, αὐτὸν puta, addendum ante aut post προστρόπαιον erit ὄντα.

ibid. ὥστε] A Marklando damnatum mihi sic satis probatur, ut servandum arbitrer. Nam ἐάσετε potest pro ἀζήμιον καὶ ἀθῷον ἀφήσετε accipi.

p. 146. v. 3. στρατιὰν —] Sententia est, patieminine hunc hominem tot et tantis, tam atrocibus obsitum criminibus, prorsus piacularem, decreta condere, quibus aut supplicationes decernantur pro rep. et rebus aut gerendis aut gestis prospere, copiæque pedestres et navales ad bella terra marique gerenda emittantur,

quæ res sine deorum auspiciis suscipi gerique bono cum successu nequeunt.

§. ν'. p. 146. v. 7. εἰ γὰρ] Interponi velim μέν. alius quidem sic dixisset. Sed hoc leve est.

§. να'. p. 147. v. 4. συνῆδον γὰρ τοὺς π.] Bene habet. novam orditur criminationem mox diluendam. γὰρ Latinorum *nempe*, *nimirum* est. Sexcenties ita usurpatum et reperit, et ipse reddidit Wolfius, nil offensus, hic reprehendit et cum δὲ mutavit, non solum nulla de causa, sed etiam cum elegantiæ detrimento. Ego vero γὰρ revocavi.

ibid. v. 9. τούτοις] Non magnopere quidem offendit, malim tamen, ut convenientius, τοσούτοις, *in tanta hominum multitudine insignis et præ aliis conspicuus eram.*

§. νβ'. p. 147. v. ult. καὶ] Recepi, ut locus hic proximo insequenti similis fieret versu 2. et 3. p. 148.

p. 148. v. 8. τί χρὴ λέγειν] Post hæc verba deesse videtur ποιεῖν. *quid facere malum accusatorem dicendum est.*

ibid. v. 10. θεωρεῖν — ἐκφέρειν] Impedita et dura constructio. Sententia quidem plana, verum elocutio contorta et abhorrens. τὸν προδότην πῶς χρὴ θεωρεῖν. *Proditorem quomodo spectare oportet?* h. e. quibus indiciis deprehendere atque noscitare. Ad hanc responsionem quis sic respondeat? ἐκφέρειν τοὺς λόγους. apta hæc et cohærentia non sunt. Sed sunt interdum in oratione Æschinis salebræ, quas facere non possumus, quin relinquamus. Venit tamen aliquando in mentem hæc molliendi saltim et complanandi scabra hujus loci ratio. ἆρά γε οὐχ ὡς σὺ—λόγους εἰς δικαστήρια γράφων μισθοῦ, τούτους ἐκφέρει in tertia persona singularis numeri. Annon proditor effert orationes, h. e. prævaricatur, quomodo tu amicis tuis usus es. ut inter se cohæreant ἆρα οὐχ ὁ προδότης ἐκφέρει.

ibid. v. 15. περὶ τοῦ σώματος] Sitne liber, an servilis conditionis.

ibid. v. 17. φεύγοντος] Non sensu forensi, quo defensorem causæ suæ significat, sed eum, qui solum vertit, patria excessit.

ibid. v. 20. δὴ] Post δὴ deesse videtur ἦς vel ἦσθα, *non enim eras reapse.*

ibid. v. 21. τοῦτ' ἐστὶν] Imo vero ταῦτ' ἐστὶν, ob insequens τούτοις. Conjecturam confirmat Chrysoc.

§. νγ'. p. 148. v. antepen. αὐτῶν] Rerum a me fortiter et præclare gestarum in bellis.

p. 149. v. 2. ἡμῶν] Communes tribunos et magistros nostros, qui tum commilitones eramus, cohortis nostræ in præfectura collegas.

ibid. v. 3. τὴν ἐν τοῖς μέρεσι στρατείαν] Est eadem militia, quæ paulo post versu ult. τὰς ἐκ διαδοχῆς ἐξόδους appellat, cum non totus exercitus una excedit in castra, sed globi singulares, μέρη τῆς ὅλης στρατιᾶς, sibi alternis succedunt, e. c. cum alii æstivis peractis domum redeunt, alii exeunt in hiberna.

p. 150. v. 6. ἀπαγγείλας — ἀπαγγείλαντος] Bene habet. Nihil hic quidem loci est vitiosum. Dura quidem et inconveniens hæc est usurpandorum participiorum ratio, ad vivum si reseces; sed dandum est hoc mori Græcorum, qui participialibus constructionibus delectabantur, ut aures sensusque nostri earum etiam insolentiæ atque duritiei, quæ sæpe est, aut nobis saltem esse videtur, insuescant. Idem est ac si dixisset. τότε, ὅτε ἀπηγγέλλομεν ἡμεῖς τὴν νίκην, ἐγώ τε καὶ Τεμενίδης, ὁ συμπρεσβεύσας ἐμοὶ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, *tum temporis, quum ego et Temenides, publica auctoritate e castris missi, ut legati exercitus ad remp., nunciaremus victoriam.*

ibid. v. 12. μήπω συνήγορον] Phocio mihi testabitur nunc, personam testis solummodo gerens, nondum advocati, quam paulo post suscipiet gerendam. Colligitur enim ex hoc loco, Phocionem ab Æschine rogatum fuisse, ut advocatum se ipsi præberet, ejusque causam oratione tueretur.

ibid. v. 20. ἐῶν] Imo vero οὐκ ἐῶν. *Non Demosthenis majores vos recordari non sinens.* h. e. non prohibens vos meminisse jactatorum a Demosthene majorum. οὐκ ἐῶν idem est atque κωλύων. Alias, si negatio excludatur, pro ἐῶν legendum sit εἴργων.

§. νδ'. p. 151. v. 7. ἐποιήσαμεν, ἐχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη] Non dicitur ποιεῖν σπονδὰς, sed ποιεῖσθαι. præterea δὲ nimis procul rejectum est. videtur Æschines sic dedisse: ποιησάμενοι, ἐχρησάμεθα αὐταῖς Δ ἔτη (id est δέκα ἔτη) ἢ τρία καὶ δέκα, quibus usi sumus per decennium aut tredecim annos. Numerum enim X solebant sigla Δ exprimere.

ibid. v. 13. ἡμῶν] Absit an adsit, haud multum quidem interest, mallem tamen abesse.

p. 152. v. 1. νεμεθῆναι] Tametsi paulo insolentius est usurpatum, videtur tamen haud ideo sollicitandum esse. Est pro κατανεμεθῆναι, καταβρωθῆναι, ab hominibus, a bestiis et a flammis devorari. Tutius utique visum est veterem lectionem revocari, pro τμηθῆναι, quod Wolf ei substituerat.

ibid. v. 3. ἑπτακισχίλια] Vereor ne summa sit nimia. Forsitan leg. ἑπτακόσια.

ibid. v. 10. δι' Ἀργείους] Bene habet, *suscepimus bellum ob Argivos.* Hoc est, eorum in gratiam, ut eos servaremus, atque tueremur, qui nos ad id faciendum precibus adduxissent.

ibid. v. 14. ἐνεπέσαμεν] Cur aut Taylor neget se intelligere, aut Wolf cum

ἐνεπέσομεν mutandum censeat, fateor me non perspicere. Sed sæpe ruit ingenium humanum vel in planissimis, idem in arduis rem præclare gerens.

ibid. v. 15. πολιτευθέντες] Pendet hoc vocabulum, fulcro carens. Nolim tamen ideo Scaligero accedere; habebo potius pro anacolutho; qualia oratoribus multa excidunt, ultra modum pneuma, quod rhetorici usurpant, producentibus.

ibid. v. 20. ἀναφθέντος τοῦ δήμου] Vocabuli ἀναφθέντος ut paulo insolentius usurpati duritiem molliunt addita καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἰσχύσαντος quasi per superenarrationem. Cum populus tum temporis eaque ratione veluti scintilla e cinere aut fomite revivisceret oppressa.

ibid. v. antepen. παρέγγραπτοι γεγενημένοι πολῖται] Facti cives (civitatis juribus potiti) διὰ τὸ παρεγγεγράφθαι, propterea quod clam a paucis quibusdam nebulonibus, hoc potestatis illegitimæ sibi sumentibus, inscio et invito populo, in album civitatis furtim ingesti essent.

p. 153. v. 4. συκοφαντίας] Post συκοφαντίας videtur ὄντες deesse.

ibid. ἡμᾶν] Non male. dixisset tamen alius ἡμῖν.

ibid. v. 8. τοῖς πολεμίοις] Bene habet. Conjecturæ Taylori, quæ dudum ante Brodæi quoque fuit, hæc obstant, 1) quod, si orator τοῖς πολέμοις dixit, exspectes, eum τὰς εἰρήνας quoque dicturum fuisse. Sed pluralis hujus vocabuli εἰρήνη ab usu abhorret. 2) dictio τοῖς τῆς πολέως πολέμοις συναγωνίζεσθαι prorsus contrarium ei significat, quod et sententia loci subjicit, et isti emendatores volunt. *opera sua bella reip. sustentare,* significat ista dictio. Sententia autem postulat. *Hostibus reip. adversus eam præsto esse.* quæ inter se adversa fronte pugnant. Posterius et voluit orator, et subjicit vulgata, alterum istud novatum ducit ad prius, quod ab oratoris consilio reique natura plurimum distat.

ibid. ἐξ ὧν] Subaudi ἔργων aut τρόπων.

ibid. v. 11. εὗρεν] Commentus est, excogitavit, consiliis et machinationibus suis perfecit. Nam si *impetrandi* sensu hic usurpatum esset, legeretur potius εὕρατο vel εὕρετο. Bene habet dictio εἰρήνην αὐτῷ συμφέρουσαν, pacem eam, quæ expediret ipsi, rebusque et rationibus suis conveniret. Nemo, qui quidem potest, pacem facit conditionibus iis, quæ sibi minus conducant. At sæpenumero fit, ut vel ejusmodi quoque pacta, quæ alteri parti magis, quam alteri prosint, ab illo ipso, qui vi extorserit, violentur, oblata oportunitate plura etiam extorquendi ab iis, quorum infirmitatem seu rerum, seu consiliorum contemnat.

ibid. v. 14. καὶ τὸν τῶν ὅλων λόγων] Sic est in Ald. et Steph. quam lectionem revocare, in vetustæ primigeniæ lectionis incertitudine, tutissimum mihi visum fuit. Suspicor lacunulam hic subesse, sic quodammodo sarciendam. τὸν τῶν λόγων, καὶ οὐδὲ τούτων ὅλων, κύριον eum, cujus in potestate verba, et ne illa quidem omnia essent. Seu, eum, cui liceret causam oratione agere, et ne illa quidem arbitraria nullisque terminis circumscripta. Fuit quoque cum suspicarer in ὅλων latere ὀλίγων aut ἑώλων, aut ψιλῶν. quæ omnia satis bene sententiæ conveniunt. *arbitrum paucorum,* aut *frigidorum,* h. e. inanium, inefficacium, vi cogendi et exsequendi carentium, aut denique *nudorum* vel merorum *verborum.* Utrum horum lectori judicique meo, quicunque erit, arridebit, id sibi habeto. Juvat adhuc admonere, vocabulum ὅλων a codicibus Harleiano et Meadiano plane abesse. id quod haud miror, qui sæpe animadverterim vocabula hæc duo λόγος et ὅλος a librariis Græcis permutari.

§. νέ. p. 154. v. 5. αὐτοὺς] Sic dedi secundum Chrysococcam. In Aldina, quam Stephanus secutus est, legitur αὐτοῦ. Wolf de suo cum dedisset αὐτὰ, Taylor id pro more suo reddidit. Sed præstat αὐτοὺς, quod cum liberis patrem, fratres Æschinisque et uxoris, omnesque necessarios complectitur.

§. νς'. p. 154. v. 9. εἶναι] Revocavi. Unus Wolf de suo οὖν supposuerat; quod Marklandum decepit, ut conaretur Æschinem corrigere, nescius, non Æschinem, sed Wolfium sibi vapulare. quod illi passim locorum aliisque contigit, correctorum errores aliis suis augentibus, quum aut nesciunt, aut inspicere non meminere vetustarum editionum lectiones.

ibid. v. 11. λογογράφῳ καὶ σκύθη κακῷ ὄντι] Servo, quoniam libri sic perhibent. mallem tamen sic legi τῷ λογογράφῳ σκύθη, καὶ κακῷ ὄντι. id est καὶ ταῦτα κακῷ ὄντι. *conscriptori orationum forensium, qui Scytha est, isque malus,* vel potius *ignavus, imbellis.* ludit in vocabulo σκύθης, genus Demosthenis arrodens, unaque eum Scytham, hoc est, servum publicum appellans. Notum est Athenis fuisse numerum Scytharum, publice emtorum, arcu armatorum, ad insectandos et capiendos maleficos, et ad tumultus populares reprimendos. Hi erant homines scævi, agrestes, feroces, truculenti. talem notat hic loci Æschines Demosthenem, sed in hoc diversum a Scythis, Atheniensium illis servis publicis, quod cum hi essent acres et fidentes, ad arma tractanda sanguinemque fundendum citi, tum Demosthenes mollis et ignavus et pavidus armorumque reformidans esset. Nam hoc est κακὸς, aut si mavis, inutilis, ne sagittarius quidem frugi, cujus ad eam operam esset usus.

ibid. v. 13. ἀναμνησθέντες] Accommoda-

vit hunc casum præmisso ποιεῖσθε, nam alias sententia postulabat accusativum. pendet enim ex δέομαι καὶ ἀντιβολῶ ὑμᾶς, σῶσαί με — ἀναμνησθέντας.

ibid. τῆς σωφροσύνης παράκλησιν] Id est τὴν πρὸς σωφροσύνην π., αὐτοὺς e Chrysoc. addidi.

ibid. v. 14. διὰ τῆς περὶ Τίμαρχον κρίσεως] Sæpe usurpavit Æschines, ut hic loci, περὶ eo modo, quo scriptores præsertim recentioris Græcitatis solent κατὰ usurpare, cum volunt genitivum exprimere, ut in illo noto, τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον. Quod sicui minus probetur, auctor ei sim, ut legat διὰ τῆς τῶν περὶ T. κρ.

ibid. v. 15. τοὺς δ' ἄλλους ἅπαντας] Aut est anacoluthum, aut accusativus absolutus, significans, *quod autem ad reliquos attinet.*

p. 154. v. 18. παρ' αὐτῶν] Aut παρ' ὑμῶν est delend.

§. νζ'. p. 154. v. antepen. τοῖς ὦσιν] Hoc est, immediate, ut vulgo loquuntur, ex ipso convitiatoris ore, non per tertium referentem.

p. 155. v. 4. εἰπὼν] Malim ἐπειπών.

§. νθ'. p. 155. v. 15. στρατηγῶν] Malim στρατηγιῶν, a nominativo στρατηγία. virum omnibus antecellentem 1) per imperia, quæ gessit, militaria; sed et 2) per æqui et justi observantiam, cujus tenax fuit. Alias, Marklandi conjecturam si præferas, legendum tamen sit στρατηγικῶν, quia præcessit πολιτικῶν.

ibid. v. pen. παραδίδωσιν ὑμῖν καὶ ἐγὼ καὶ ὁ νόμος] Non est solœcismus, qui visus fuit Marklando, sed syllepsis, figura grammatica. Idem est, ac si dixisset παραδίδωσιν ὑμῖν μετ' ἐμοῦ καὶ ὁ νόμος.

# IO. IACOBI REISKII

AD

# ÆSCHINIS ORATIONEM

## IN CTESIPHONTEM

# ANNOTATA.

§. ϐ'. p. 163. v. 15. *δοκῇ*] Dedi *δοκεῖ*. *ἂν* cohæret cum *διοικεῖσθαι*, non cum *δοκῇ* vel *δοκεῖ*.

ibid. v. antepen. *ἐλάχιστα*] Ego equidem lectionem Aldi probo et servo, nisi quod suspicer desiderari adhuc *ἄδικοι* vel *ἀνάδικοι*, *judicia rarissime futura iniqua*, aut *novo judicio rescindenda atque restauranda*. Nam *ἐλάχισται* si recte haberet, dicendum fuisset, non *αἵ τε κρίσεις*, sed *κρίσεις τε* sine articulo.

p. 164. v. 4. *ὄντως*] Bene habet, cohærens cum *λάχῃ*. nam paulo ante dixerat *οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου λαχόντες*. erit igitur *ὄντως λαχεῖν* idem atque *δικαίως λ.*

ibid. v. 5. *χειροτονίας*] Aut post *χειροτονίαν*, aut post *ὀρθῶς* deese videtur *ὁ κήρυξ*. nam *ἀναγορεύῃ* non ad senatorem, sed ad præconem refertur. Nisi statuimus illud vocabulum *ὁ κήρυξ* consuevisse omitti subaudiendum pari modo, atque in illa nota formula *ἀναγνώσεται δὲ ὑμῖν*, omittitur *ὁ γραμματεύς*.

p. 165. v. 2. *σεσίγηται μὲν τὸ*] Prætuli hoc, quia in voc. *κρίνουσι* clauditur protasis hujus periodi, apodosis incipit a voc. *σεσίγηται*.

ibid. v. 5. *οἱ πρόεδροι*] Differunt a tribu præsidente. delecti enim erant illi ex hac, pauci numero, ex integra numerosa tribu.

ibid. v. 8. *τὸ δέκατον μέρος*] Nil causæ video, cur hæc verba Æschini abjudicentur, aut eripiantur. neque enim carent vi hoc loco, sed eo pertinent, ut magnitudinem audaciæ demonstrent ex magnitudine multitudinis, quæ nihilominus illam audaciam haud satis valeret compescere. v. Demosth. κ. Μειδ. §. λζ'. p. 86. v. pen. vol. II.

§. γ'. p. 165. v. 11. *ὑμεῖς ὑπολαμβ.*] Aut ante *ὑμεῖς*, aut ante *ὑπολαμβάνετε* videtur *οὐδὲ* deesse. Tam dira sunt hæc reip. tempora, ut vos, tametsi male de ea speretis, nondum tamen satis eorum diritatem suspicione consequamini.

ibid. v. pen. *τισι*] Bene habet. Certis quibusdam hominibus, quos cum vos omnes bene noritis, nominare parcam. invidiose dictum.

ibid. *ἴστε*] Locum hunc communem jam initio orationis in Timarch. tractavit.

p. 167. v. 4. *τήνδε τὴν ἡμέραν*] Idem est ac si dixisset *εἰς τήνδε τ. ἡ.* prætuli tamen hoc.

§. δ'. p. 167. v. antepen. *ἐπὶ τῶν ἰδίων ἔργων*] Malim *ἕκαστοι* addi.

p. 168. v. 3. *τῷ νόμῳ*] Non condemno *τοῖς νόμοις*, quod codices præbent, potest tamen vulgata bene stare. Legi, h. e. toti corpori juris Attici, literis consignati. Aut nescio an specialiter *ὁ περὶ τῶν ὑπευθύνων νόμος* hic designetur, quo titulo hic Æschines contra Ctesiphontem agit. vid. v. 9.

§. ε'. p. 168. v. 20. *ὄντες*] Bene habet. Idem est ac si dixisset *ἐξελεγχόμενοι ὅτι εἰσὶ κλέπται*. perinde est, utrum *ἐπ' αὐτοφώρῳ* ad *ἐξελεγχόμενοι*, an ad *κλέπται* referas.

§. ϛ'. p. 169. v. 4. *δὲ*] Malim *δή*.

ibid. v. 10. *μὲν*] Huic particulæ respondet *δὲ* versu 18. *Κτησιφῶν δὲ* — Unde patet, pro articulo *οἱ* præpositivo, scribendum esse postpositivum *οἳ qui*.

ibid. v. 11. *ἐπὶ*] Expunxerat hanc præpositionem Wolf. Ego revocavi. Reliquias enim in eo mihi cernere videar verbi *ἐπικουρεῖν*, et sic primitus scriptum fuisse suspicor *εἰ δή τίς ἐστι μέτριος ἐπικουρῶν τῶν τινὶ τὰ παράνομα γραφόντων*. Si nempe modestus ille est, qui operam navet ferenti leges constitutioni reip. nostræ adversantes.

ibid. v. 14. *τὸ ἴσον*] Subaudi *ὥσπερ ἂν εἰ μὴ προσεγέγραπτο*.

§. ζ'. p. 169. v. antepen. *ἕτερόν τινα λό-*

γον] Transit ad secundam πρόφασιν seu excusationem, qua utuntur hi, qui vim legis περὶ τῶν εὐθυνῶν eludere conantur, primam enim hactenus refutavit a versu 11. ἀλλ᾽ οὖν προβάλλονται h. e. προφασίζονται. Nescio quid hic Taylor laboret prorsus sine causa.

p. 170. v. 4. μετὰ τούτων] Bene habet. collegas eorum, tametsi gradu aliquantum inferiores, et imperio minores.

ibid. v. 10. προσειπὼν] Dedi προειπὼν sine sibilo *præfatus* seu *denuntiato*.

ibid. v. pen. τειχοποιὸς, ἐπιστάτης] Interpone ὤν. Demosthenes autem cum sit mœnium instaurator, eo ipso est ἐπιστάτης inspector, et operis quidem maximi atque gravissimi.

p. 171. v. 3. δικαστηρίου] Bene habet. præfectus operum non habebat ἡγεμονίαν, imperium et potestatem nisi unius solummodo illius dicasterii, in quo præsidebat, de operibus publicis judicante. Est autem ἡγεμονία facultas rem judicandi, de ea pronuntiandi, jubendi, vetandi, mulctam aut pœnam dictandi, et male parentes puniendi.

p. 172. v. 2. καὶ εὐθύνας] Verba duo καὶ εὐθύνας videntur delenda. Magistratu enim si qui decederent, hi λόγον quidem ἐνέγραφον, non autem εὐθύνας. rationem magistratus a se gesti literis consignatam exhibebant scribæ, vel notario, et calculatoribus, εὐθύνας autem ἐδίδουν, hoc est ὑπέσχον, faciebant iis sui corporis facultatem, comparebant in judicio, intererant examini rationis illius a se exhibitæ, ad singula quæque capita dubia interrogati respondebant, quo posset illa ratio sive probari et rata haberi, sive improbari et rejici.

§. Θ'. p. 172. v. 17. φησὶ] Bene habet. orationes enim, quas hodie legimus, non ita, ut nunc prostant et circumferuntur, tunc temporis sunt habitæ, verbatimque recitatæ, sed post actiones ipsas demum disceptatas per otium conscriptæ. quo factum est, ut accusator in ipsa jam accusatione afferret atque refutaret argumenta defensoris, aut oratores ipsi inter se communicabant adversarias suas. Quanquam hoc quidem minus est probabile, aut saltim raro et furtim factitatum, et, si fieret tamen, inhonestum habebatur.

ibid. v. antepen. ἐξείργασται] Non movissem, quod bene habet, nisi auctoritas intervenisset codicis, e quo ἐξείργασμαι prætuli, ut exquisitius, et Atticismo convenientius, perfectum pass. hujus verbi sensu activo usurpare amanti.

p. 173. v. 7. γέρα] Reditus et vectigalia et emolumenta, ipsis vi sacerdotii, quo fungebantur, propria, et reliquis omnibus civibus negata, cujusmodi γέρα hodie decani, seu magistri collegiorum in Universitatibus percipiunt, *præcipua* appellata; ipsi quoque sacerdotes ferunt haud pauca, ut sportulæ sunt pro absolutione peccatorum, pro infantis recens nati lustratione, pro consecratione nuptiali, pro funere quoque, quod effertur, etc. Facultatum quarundam professores in quibusdam Germaniæ Universitatibus per hyemes certum numerum, in aliis leporum, in aliis aprorum, singuli singulos publice accipiunt, decani vero binos. Id quod ipsorum est γέρας, *præcipuum*.

p. 174. v. 5. καὶ τῶν ἐκεῖ σκυθρωπῶν] Dedi de meo καὶ τὴν ἐκεῖ σκυθρωπὸν (nam perinde in genere communi dicitur σκυθρωπὸς, atque divisim σκυθρωπὸς, πὴ, πόν. tres perinde terminationes habet hoc adjectivum, atque duas. Apellat senatum areopagiticum σκυθρωπὸν βουλὴν, trucem, sævum, quia jus severum et cruentum dicebat.

ibid. v. pen. πάγου; οὐδὲ] Malim οὔ cum addito puncto interponi. quod οὔ, responsionis loco sic absolute positum, facile potuit a collisione earundem utrinque literarum elidi. Orator sic ratiocinatur. Vetas ergo senatum areopagiticum coronari? Subaudi, nisi rationem gesti magistratus reddiderit. Respondet, οὔ. nullo modo ego hoc veto, sed leges vetant. Patrium enim, avito more sancitum, hoc apud ipsos, Athenienses puta, non est, ante redditam rationem, quemquam coronari. Ad illud οὔ sic nude positum subauditur a communi e superioribus repetendum στεφανωθήσεται ἡ βουλή. tum pergit orator aliam ipse sibi obmovere a se confictam objectionem, aut adversarios, Demosthenem atque Ctesiphontem, sic occurrentes inducit. Ergone nullo ducuntur Athenienses gloriæ studio? ergone degeneres sunt, minuti animi, sordidi, et officiorum atque ornamentorum in se collatorum immemores? Respondet. Neutiquam. ducuntur enimvero gloria vel maxime, contenduntque bene de se meritos studiis demereri. Sed satis non habent in suo judicio te innocentem deprehendi, plus flagitant. Volunt te præclaræ virtutis documenta edidisse. Sin autem deliqueris, severitate animadversionis ulciscuntur.

p. 175. v. 1. παρ᾽ αὐτοῖς] In judicio suo, cum sedent ad judicandum de criminis alicujus reo.

ibid. v. 2. τρυφῶσι] Delicias faciunt, arrogantes et insolentes sunt, jura legesque sibi scriptas negant, aut privilegia sibi arrogant, communi civium jure teneri nolunt.

ibid. v. 5. ἀρχόμενος τῶν νόμων] Bene habet. Perinde οἱ νόμοι in plurali, atque ὁ νόμος in singulari, de uno quodam capite juris Attici usurpabatur ab oratoribus Atticis, quia titulus ad unam rem singularem pertinens, respectu quidem legum

aliarum aliis in rebus versantium, lex una erat, ideoque νόμος audit, quia tamen ejusmodi lex multis constabat propositionibus, et velut articulis, aliquid jubentibus, aliis aliud vetantibus, quorum singula quæque momenta pro lege peculiari haberi possent, ideo eadem lex νόμοι appellantur. Exemplo rem juvat declarare e proximo petito. Titulus quidam universalis erat in jure Attico περὶ τῶν εὐθυνῶν, aut, quod idem est, περὶ τῶν ὑπευθύνων. Hic titulus est *lex*, νόμος. Sed erant rursus legis hujus multæ particulæ, seu cautiones particulares, quarum singulæ quæque pariter νόμοι erant, ut τὴν οὐσίαν μὴ καθιεροῦν, item ἀνάθημα μὴ ἀνατιθέναι, item ἐκποίητον μὴ γενέσθαι, rursus alia μὴ ἀποδημεῖν, et sic porro.

ibid. v. pen. ἀποδημήσω] Assentior Tayloro suspicanti post ἀποδημήσω particulam infitiantem desiderari. Verum non deest οὐκ, sed οὐ (sine Kappa) tametsi vocalis insequatur. Is enim mos est Atticorum in similibus locis.

ibid. v. ult. πράξεις] Πράξεις προλαμβάνειν hoc significat, negotia ordiri ardua, sumtuosa, discriminis ad famamque salutemque publicam plena, iisdemque nondum ad finem perductis urbe excedere.

p. 176. v. ult. ὧν ἔχεις] Id est, τούτων, ἃ ἔχεις παρὰ τῆς πόλεώς σοι δεδομένα differunt inter se ἐπιδιδόναι et κατατιθέναι. illud est, de suo largiri, ut donum gratuitum. hoc, de acceptis ex alieno insumere ex officio. Potest ἔχεις etiam eo sensu, quo supra, accipi. quæ habes penes te, et retines præter jus et fas, fraudulenter interversa. Perinde igitur est, comma ponas pone ἔχεις et pone οἰκοδομίαν omittas, an eam serves distinctionem, qua hic usus sum.

§. ί. p. 177. v. 16. ἐπὶ τῶν θεωρικῶν] Post θεωρικῶν deesse videtur ἵνα εἰδῆτε, aut illud assume supplementum, quod schedæ Bernardi dant: quamquam illæ schedæ nescio an nusquam locorum lectiones dant e libris bonæ notæ ductas, sed conjecturas, sive Scaligeri, sive alius, quisquis ille fuit vir doctus. quare nolim illis nimium fidi.

§. ιά. p. 178. v. antepen. νεωρίων ἀρχὴν] Dictioni τὴν τῶν νεωρίων ἀρχὴν ἄρχειν quid insit vitii haud equidem intelligo. ἀρχὴ τῶν νεωρίων potest, ni fallor, honor esse, quem qui gerunt, hi navalibus præsunt. Quodsi tamen omnino statuas aliquid hic loci mutari debere, suaserim ἀρχεῖον. Ædificarunt ἀρχεῖον τῶν νεωρίων, senaculum navalibus proprium, in quo senatores rem navalem tuentes convenirent, suasque res agerent, et horreum armamentarium.

§. ιϐ'. p. 180. v. 1. ἑκάστης] Dedi de meo ἑκάστῃ, qui dativus aptus est e verbo ἐπέταξεν, præscripsit vel injunxit unicuique tribui, ut e suis tribulibus delige-ret curatores operum. ἐξ a Wolfio intrusum rursus exterminavi.

ibid. v. 2. ἐπὶ τὰ τείχη] Verba hæc, quæ scholium sunt, uncis inclusi.

§. ιγ'. p. 180. v. ult. ἀντιδιαπλέκει] Servo. Oratores ejusmodi in locis nullam servant constantiam, sed a præsenti tempore ad futurum, et contra, delabuntur. Locum hunc idem cum superiori dicere suspicatur Taylor, et esse monumentum liturarum auctoris, idem argumentum diversis modis tractantis. Quæ suspicio vana videtur esse. Refutat Æschines Demosthenis excusationem, negantis ἀρχὴν seu honorem gessisse, pluribus argumentis, hoc primo, verbis legum puta, eas ἀρχὰς appellantium, quas Demosthenes solummodo ἐπιμελείας habeat, seu procurationes, altero hoc, quod leges jubeant, qui partem reip. quamcunque attigissent, eos administrationis suæ rationem reddere. Tu autem honores gessisti quam plurimos, quos adhuc gerenti tibi Ctesipho coronam decerni voluit. Teneris ergo lege. Sed pergit Demosthenes negare, tum ἄρχων fuisse, qui fuisset a tribu sua extra ordinem delectus. Quam causationem Æschines hoc, in quo insistimus, loco stringit hoc argumento. ναί· ἀλλ' ἀντιδιαπλέκει.

p. 182. v. 8. ἐκ τῆς διοικήσεως] Ut paulo ante ἐκ τῆς πόλεως p. 177. v. 2. quam lectionem Wolf ibi suspectam vitii habebat immerito.

ibid. εἰς ταῦτα] Id est εἰς οἰκοδομίαν τῶν τειχῶν. id quod latet in voc. τειχοποιός.

ibid. v. 13. ἐξελέγξω] Videtur ἐξελέγξω bene habere. pendent hæc e verbis versu 11. ἀναμνήσθητε τοὺς προειρημένους λόγους, ὅτι — ἐξελέγξω. Ideo revocavi, expuncto Wolfiano ἐξήλεγξα, quod etiam Taylor pro more suo in editione sua exhibuit, lectiones omnes pravas, a Wolfio excogitatas et in textum ingestas, porro propagans, quod toties queror, meritoque in præcipuis editionis Tayloranæ labibus numero.

§. ιδ'. p. 183. v. 9. ἐν τῷ δήμῳ —] Nihil hic videtur redundare, quod visum fuit Tayloro. ἐν τῷ δήμῳ ἐν τῇ πνυκὶ est, cum universus populus in Pnyce convenit, et quidem τῇ ἐκκλησίᾳ concionis ergo, h. e. deliberandi de rebus ad statum reip. pertinentibus. Vel potest τῇ ἐκκλησίᾳ significare *ad concionem*, h. e. ad populum congressum.

§. ις'. p. 184. v. 22. τῷ δημοσίῳ] Novi Æschini τὸ δημόσιον idem esse, atque Latinis est *resp.* v. p. 193. v. 4. Verumtamen: quia dictio *in rep.* hic loci aut nullam vim, aut exiguam habere videtur, et plerique codices in τῷ δήμῳ consentiunt, eaque lectio melius convenit, significans, *in solemni universi populi concione*, prætuli eam. Confirmant insequentia, ἐκκλησίαν

versu 2. p. 185. et τῷ δήμῳ versu 4.

§. ιζ'. p. 185. v. pen. ἀνεκήρυττον] Taylor mavult ἀνεκηρύττοντο. Sed fallitur. ipsi illi quoque dicuntur ἀνακηρύττειν, qui per præconem curant aliquid promulgari. v. p. 187. v. pen. Sed superest adhuc scrupulus, et is quidem haud paulo durior. Quid est γιγνομένων τραγῳδῶν. Ecquis sic loquitur? Exspectes γιγνομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει Διονυσίων, τραγῳδῶν καινῶν, (subaudi εἰσιόντων εἰς τὴν σκηνὴν, καὶ τὰ ἑαυτῶν δράματα διδασκόντων). Veruntamen recurrit hæc dictio p. 237. v. pen. et sic quidem, ut de sufficiendo τραγῳδιῶν cogitari nequeat, quod alias tolerabiliorem tamen facturum sit dictionem, tametsi vel sic quoque satis dura et insolita sit dictio, γίγνεσθαι τραγῳδίαν. Numeremus itaque hoc in solœcismis Æschinis.

p. 186. v. 9. πολλὴν χάριν καταθέμενοι] Sententia dictionis est: professi magnam se vobis gratiam et debere et habere, beneficiique a vobis in se collati memoriam sancte se esse servaturos. gratia apud nos initia est quasi arrha quædam fidei honestatisque nostræ in reddenda illa gratia, quæ arrha velut in arca ad futuri temporis usum reponitur, expromenda tum, quum oportunitas venit gratiæ pari gratia referendæ. κατατίθησι χάριν is, qui beneficium confert, et nos promeretur. καταθέμεθα nos, cum patimur nos ornari beneficio, quod sumus memori mente conditori, suo tempore reddendum. ad verbum, *sinimus arrham penes nos deponi.* Pari modo nos quoque vulgo usurpamus, *Ehre oder Dank, Schande oder Undank einlegen,* [*to merit honour or thanks, to merit disgrace or no thanks,*] laudem vel dedecus, gratiam vel odium mereri.

§. ιή. p. 187. v. 13. ψευδῆ] Perinde est utrum ad κηρύγματα, an ad φιλοτιμίαν referatur. Præconia falsa sunt ementita, emendicata, malis artibus et præstigiis collecta, precibus, gratia, minis, pollicitationibus, donis parta aut extorta.

ibid. v. 14. ἀπούσης βουλῆς] Non est absente senatu, sed detracto, excluso, e numero exemto et remoto. v. p. 200. v. 1. ἀπούσης συμμαχίας. *Sine sociis.* lex vetat quemquam usquam coronari; nisi 1) a senatu in curia. 2) a plebe in concione. 3) a tribulibus et curialibus in theatro, sed vacuo a ludis et histrionibus. Est igitur ἀπούσης hic tantundem atque *præterquam a.*

p. 188. v. 1. γεγένηται] Decreto sancita est. sed prætuli γίνεται. vocabulo καθιέρωσις articulum ἡ præfixi.

ibid. v. 18. ὑποβαλεῖν] In schedis Taylor annotaverat, exemplum Mori ὑποβάλλων dare pro vulgato ὑποβαλεῖν. In alterutro necesse est errorem et calami et memoriæ intervenisse; memoriæ quidem, v. 20. ubi ait illum codicem, infimæ notæ, voc. ὑποβάλλειν ingerere post voc. ἀθηναῖοι, calami autem in schedis, ubi ait scriptum ibi esse ὑποβάλλων, non sic ibi fuit, sed ὑποβάλλει, in indicativo præsentis, qui utique melius loco convenit, quam infinit. aor. sec.

ibid. v. antepen. ὅ, τι] Videtur in vitio cubare. Sententia postulat τὸ γὰρ ΑΛΛΟΘΙ ΔΕ ΜΗΔΑΜΟΥ ἕως σῶν ἐστὶ, aut ἕως ἔνεστιν. scil. ἐν τῷ νόμῳ, *illa autem formula* NUSQUAM AUTEM ALIBI *donec salva est,* aut, *donec in legibus scripta exstat.*

§. κ'. p. 189. v. 19. μὲν] Huic respondet δὲ p. 191. v. 3.

§. κά. p. 191. v. ult. προειδῆτε] Dedi προειδῆτε, et comma posui post ἀποκρίνωμαι, qui conjunctivus, haud sollicitandus, aptus est e proxima ἵνα. nam apodosis periodi incipit ab ἐναντίον, cum quo cohæret ἀποκρίνομαι in indicativo versu 5. p. 192. tribus de causis ait se responsurum. 1) ne Demosthenes nimis ferociat atque exsultet, argumentorum suorum robore fretus. 2) ut auditores præmuniat adversus calumnias et cavillationes adversarii. 3) ut dedecore silentii et suspicione se liberet, nonnullis forsitan insessura, ac si, vi veritatis victus, non sit ausus, aut non potuisset adversarii criminibus occurrere.

p. 192. v. 2. περιεστᾶσι] Bene habet. corrumpunt locum sanum, Græcæque suam produnt inscitiam grammaticæ, qui περιστᾶσι dant, quod ab hoc loco est alienissimum. Ego vero vitium hoc, non Wolfio, viro Græcæ grammatices peritissimo, sed operis Basileensibus imputo. Quorum errorem non propagare, sed tollere decebat Taylorum.

ibid. v. 12. πράγμασι] Tuebor, quod utroque modo huic loco satis bene convenit, sive simpliciter et consueto modo pro *rebus* absolute accipiatur, sive proprie et restricte de turbidis atque adversis.

ibid. χρησαμένους] Addit Bern. ἀνθρώπους, quo scilicet tanto clarius in oculos incurreret oppositio deorum cum hominibus: quasi verendum sit, ne quem ea fugeret non admonitum.

§. κβ'. p. 192. v. antepen. περιμεῖναι τὰς] Imo vero περιμείναντας. facillime potuit clausula vocabuli in concursu cum articulo τὰς intercidere. Alias pendebit μετασχεῖν. Illud autem, quod suadeo, si adsciscas, cohærebit cum μετασχεῖν. Si qui vos sivissent, exspectando reditum legatorum — participare consessum universæ Græciæ, h. e. e consiliis Græcarum civitatum fructum percipere. Recte in editione Wolfii comma cernitur post v. Φίλιππον. quod abest ab ed. Steph. v. p. 196. v. 9. et p. 198. v. 5.

p. 193. v. 10. κατὰ τῶν λογισμῶν] Bene habet. κατὰ hic loci, perinde est, sive pro

de accipias, sive pro *contra* vel *adversus*. *Sinistra suspicantes de rationibus a servis vel villicis nostris exhibitis*. vel *adversus eas*. λογιστὴς non usurpatur, nisi de magistratu sic dicto.

ibid. v. 18. μηδὲν] Malim μηδενός. *neminem neque absolvat, neque condemnet.*

ibid. v. antepen. μετὰ] Mallem nunc plane a me expunctum fuisse: *plura plebescita Demosthenem scripsisse, quam scripsit Philocrates.*

ibid. v. ult. παρ' ἐκείνου] Perquam est probabilis, fatebor enim, suspicio, sive ea Wolfii, sive Taylori est. videtur tamen vulgata quoque defendi posse, si sic accipiatur. Demosthenem non exspectasse donec Philippus ultro legatos de pace Athenas mitteret, sed ipsum antevertisse, subornatis quibusdam, qui in Macedoniam mitterentur, et Philippum ad pacem ineundam invitarent.

§. κγ'. p. 194. v. ult. τοῦτο δὲ ψήφισμα] Sic legitur in editt. Wolfii et Taylori. recte in Aldina et Stephanina τοῦτο τὸ ψήφ. quod revocavi. Sive commentum illud fuit Wolfii, sive error operarum Basileensium, non debebat certe propagari.

p. 195. v. 4. χρόνος] Post ὁ χρόνος deesse videtur τῶν ἀρχαιρεσιῶν, *comitiorum.*

ibid. v. 7. ὑποδοχὴν] Præferam equidem ἀποδοχὴν, tametsi a Wolfio improbatum. *quo diceret ageretque omnia, quæ Philocrati probarentur*, aut sic, *quo nihil non ageret diceretque, quo causa Philocratis populo approbaretur.* Fuit et alia lectio in libris, ὑπεκδοχήν. vid. libell. variantium lectionum. quæ si admittatur lectio, sententia ejus erit hæc: quo omnia ageret velut histrio quidam Philocratis, secundas ab eo partes et vicarias agens, ibi incipiens, ubi ille desineret.

ibid. v. antepen. καὶ ταῦτα] Forte οὐδὲ est interponendum.

ibid. v. ult. ὑπὸ τοῦ Φιλίππου] Aut πεμφθέντι est addendum, aut ὑπὸ cum παρὰ commutandum. Nam ὑπὸ sic nude poni non solet, ut παρὰ solet. Verum video nunc a Wolfio jam id occupatum, et παρὰ exhibitum, quod etiam Taylor servavit.

p. 196. v. 1. κήρυκας] Malim κήρυκα in singulari. Nam et de uno modo præcone præcessit facta mentio, neque solebant legationibus nisi singuli præcones addi.

ibid. v. 3. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα] Aut τοῖς leg. videtur, aut servato τὰ sic leg. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα. Erit hæc aposiopesis, abrupta et in semet ipsa exspirans, imperfecta relicta oratio. Quasi subaudiatur ὁρᾶτε. *Insecuta autem* — scil. *spectate.* tum brevis insequitur sententia quodammodo parenthetica. ἤδη γάρ μοι σφ. πρ. τ. ν. *attendite his animum.* ἐπράττετο γὰρ—

ibid. v. 4. τοὺς πολλὰ] Haud equidem τοὺς repudiem, sed sic adsciscam, ut τὰ πολλὰ servato, subjiciatur τοὺς συκοφ.

§. κγ'. p. 196. v. ult. κατακοινωνήσαντες] Expuncta syllaba dedi de meo κατακοινώσαντες. Verbum κατακοινωνεῖν ne Græcum quidem est. κατακοινοῦν autem est aliquid alicui impertire, cum eo communicare, participem ejus rei eum facere. Quæ significatio huic loco convenit.

p. 197. v. 7. Ἢ πρότερον οὐδεὶς μέμνηται γενόμενόν τινα. πρόφασιν ποιησάμενος, ἵνα] Sic exhibet h. l. editio Stephani, cujus lectionis nihil mutavit Wolfiana, a Tayloro reddita, præter hoc unum, quod γενομένην dedit, quasi ad ἐκκλησίαν redeat. Mihi visum potius fuit primum vocabulum ἢ cum ὃ permutare, γενόμενον servare, et aliter interpungere. ὃ *quod*, ut scil. concio in diem festum indiceretur, *nemo ante factum meminit*, γενόμενον. tum subjecit orator interrogationem. τίνα πρόφασιν ποιησάμενος; *quanam ille usus prætensione?* respondet statim. ἵνα, φησὶν, — *ut scilicet, sic enim ait*—

§. κε'. p. 198. v. antepen. ἐγένοντο δὲ αἱ ἐκκλησίαι] Locus hic bene habet. neque Stephanum, neque Marklandum hic audio. Mutandum si quid sit, velim μὲν post παρεληλύθει addi. Verba οὗ τὰ κεφάλαια usque ad Δόγμα συμμάχων versu 16. p. 199. parenthesi includenda, aut saltim pro parenthetis habenda sunt. Nam sententiæ apodosis seu absolutio est in verbis τούτῳ τῷ δόγματι versu 17. p. 199.

p. 199. v. 3. καὶ] Aut deleri velim, aut cum γὰρ mutari, quod tum eleganter redundabit.

ibid. ἀναγκαιοτέραν ἢ καλλίω] Idem est, ac si dixisset, ἀναγκαίαν μὲν, οὐ καλὴν δέ.

ibid. v. 5. ἐν] Tametsi ferri queat, abesse tamen malim.

ibid. v. 8. προκαταλαμβάνοντες] Malim brevius et simplicius προλαμβ. Vulgati enim sententia ab hoc loco est aliena. Recurrit paulo post versu penult. vero, qui illi inest, sensu, et oportuno loco.

ibid. v. 9. οὖν] Malim abesse, et uncis inclusi.

ibid. v. 11. τῇ πόλει] Post τῇ πόλει videntur hæc ferme deesse τῇ ἐπικοινώσει τῆς συμμαχίας, *communicatione societatis in bellis.*

§. κϛ'. p. 200. v. 9. προβιασαμένου] Acriter si quis contendat, defendi possit, hactenus, quod πρὸ multis in verbis compositis *in* vel *versus partem anteriorem* significet, locoque τοῦ πρὸς a poetis usurpetur. malim tamen προσβιασαμένου, quod est usitatius. creberrimi autem usus et proprium in hac re est verbum προσβιβάζειν, quo Noster etiam p. 210. v. 9. utitur.

§. κζ'. p. 200. v. 17. ἐπρέσβευσεν ἐν Μακεδονίᾳ] Schedæ Scrimgeri, quarum nescio quæ et quanta sit auctoritas, dant ἐπρ. εἰς Μακεδονίαν. non male, et amplecterer, si codices boni suffragarentur. Sed potest

vulgata quoque defendi, si ἐπρ. interpreteris, *legatum egit.*

ibid. v. 19. καθεζόμενος] Volunt προκαθεζ. in quo cum MStis Stephani schedæ quoque Scrimgeri consentiunt. Sed bene habet vulgata, primum ideo, quod, isto quidem sensu, quem inesse volunt vocabulo προκαθέζεσθαι, non sic dicitur, sed προεδρεύειν. tum, quod καθέζεσθαι h. l. torporem, segnitiem, ignaviam, supinitatem significet in committendo scelere ignominioso, prodendo scil. amico et socio P. A. Potest quoque καθέζεσθαι h. l. simpliciter *assidere, interesse conventui,* significare, ut statim post οὐκ ἐκάθητο σύνεδρος.

ibid. v. pen. μετὰ τῶν ἄλλων γραμμάτων] Ferrem, si legeretur μετ' ἄλλων γραμμ. (sine articulo, ut sententia esset, una cum aliis clausulis, quas Philocrates furtim, injussu populi, eoque inscio, præter fas, secus atque scitum esset, auctoritate mere sua, in formulam pacis immisisset, vera falsis miscens, etiam hanc clausulam subjecit. nam hoc est παρεγγράφειν *secus exarare atque oporteret.* injicere in scriptum ea, quæ non liceat, in fraudem ejus, cujus causa id exaretur. Verborum autem loco τοὺς συνέδρους τῶν συμμάχων subjecerat Philocrates hæc, multum ab illis ad sententiam diversa, τοὺς συνεδρεύοντας. Illa prior dictio significat deputatos Græcorum, res civitatum Athenis procurantes, tametsi actu Athenis haud adsint, sed rure agant, aliisve rebus operam dent. Hæc autem posterior, consiliarios Græcorum actu ipso fungentes munere suo, confidentes atque deliberantes. Quapropter suspicor Æschinem h. l. non γραμμάτων, sed κλεμμάτων dedisse. *una cum aliis furtis.* aut, *præter alia furta.* Appellant Græci κλέμματα, et pariter Latini, *furta,* fraudes omne genus, facinora clandestina, quibus circumveniare, pecunia emungare, juribus, honoribus, emolumentis multere, quæcunque obrepticia, inscio et invito tibi fiant, abs te impetrentur et extorqueantur, quæ tu non sis laturus, si scias, aut satis attendas. v. p. 214. v. 1.

§. κή. p. 201. v. ult. μόνον καὶ πρῶτον] Si *semel* id factum est, inutile est addi καὶ πρῶτον. Nam primum aliquid factum esse cum dicimus, significamus idem postmodum iterum atque iterum factitatum esse. Saltim verba sic struxisset, πρῶτον καὶ μόνον. Verumtamen solere Æschinem hæc duo hoc, quem vulgata dat, ordine copulare, constat e pag. 203. v. 3.

ibid. πρέσβεις εἰς προεδρίαν ἔθηκε] Verba hæc, vitiose redundantia et amputanda, uncis incluseram. Sed prætuli ἐκάλεσε ex Helmstad.

p. 202. v. 5. ἐγκαταγέλαστον] Malim εὐκαταγέλαστον.

§. κθ'. p. 202. v. 12. ἑαυτῷ] Id est ἐν ἑαυτῷ, vel πρὸς ἑ. *apud semet,* vel πρὸς τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον. *in suum commodum.* aut deest συμβὰν *insomnium, quod sibi obvenisset.*

ibid. v. ult. ἑβδόμην ἡμέραν] *Filia jam in septimum diem vita defuncta.* h. e. cum jam septiduum præterisset ab excessu filiæ. Convenientius hoc est mori Græcorum loquendi, quam id, quod Taylor ait se præferre.

p. 203. v. 1. τὰ νομιζόμενα] Justa, quæ die ab exitu nona fieri lege sancitum erat. quam legem migrans Demosthenes παρηνόμει.

ibid. v. 2. λαβὼν] βαλὼν Mead. non male; et nescio etiam an melius vulgata. ἀναλαβὼν Plutarchus, nisi ille aut memoriter recitavit, aut more loquendi verbisque suis.

ibid. v. 7. περὶ πλείονος] Vulgatam si tuemur, erit πλείονος, tametsi comparativus est, accipiendum pro simplici positivo περὶ πολλοῦ. id quod a more Græco non abhorret. Sin autem comparativus hic etiam hoc loco vim suam obtinet, qua aliis omnibus in locis, quod equidem norim, gaudet, necesse est τῶν ἀλλοτρίων legi, aut ἢ τοὺς ἀλλοτρίους, *quam alienos.*

§. λ'. p. 203. antepen. ἐπέστη] *Repente nobis supervenit, apparuit,* ut formidabilis aliquis cometa.

p. 204. v. 2. τε] Dedi de meo μὲν, ob insequens δέ.

ibid. v. 3. προτέρῳ] Ald. quod analogice quidem probari, aut ferri saltem queat. Poetæ quidem licuisset hoc pro illo usurpare.

ibid. v. 12. τοιαύτης δ' ἐμπιπτούσης] Hoc δὲ est, in se redundans quidem, indicans tamen ingressum τῆς ἀποδόσεως, protasis enim definit in verbis διενεχθῆναι. illinc incipit apodosis.

ibid. ἐμπιπτούσης] Hanc lectionem Stephani revocavi, cui lectio Aldinæ ἐπιπτούσης non minus certe favet, quam Wolfianæ ἐπιπιπτούσης, cui Græcæ linguæ usus repugnat. Græci non ἐπιπίπτει ταραχὴ dicunt, sed ἐμπίπτει.

p. 205. v. 1. οἱ * τῇ τῆς πόλεως—] Unde unde profecta est lectio, quam editio Stephani h. l. exhibet, visum fuit in mea quoque eam reddere, quæ bonam et convenientem præstet sententiam, nisi quod τῇ ante τῆς de meo addidi.

ibid. v. 3. ὀνομάζοντες] Post ὀνομάζοντες videtur, non ἐν solummodo, sed paulo quid etiam plus deesse. e. c. καὶ ὡς ἀληθῶς εὔνοι τῇ πόλει.

ibid. v. ult. Φιλίππῳ] Post Φιλίππῳ nihil deest. Ingenii subtilitas, quod Marklando fuit acerrimum, eum hic decepit.

§. λά. p. 207. v. 3. τρία μέγιστα] Interposui τὰ de meo. v. §. λς'.

ibid. v. 16. αὐτὰς] Servandum arbi-

tror. Copulantur, seu opponuntur inter se, αἱ πόλεις αὐταὶ et earum πολιτεῖαι. *reddidistis et ipsas urbes, et cujusque constitutiones civiles, legesque, quibus gubernantur.* Wolf dederat αὐτοῖς, et secundum eum Taylor quoque. Ego vetustam lectionem revocavi. Præterea sic verba struam. ἀφήκατε, καὶ, κύριοι τ. Ε. γενόμενοι, τάς τε πόλεις.

ibid. v. 17. παρακαταθέμενοι] Bene habet. παρακατατίθησιν (in activo) is, qui pignus apud aliquem deponit. παρακατατίθεται autem (in medio) ille, qui pignus servandum et aliquando reddendum accipit, et penes se deponi patitur.

§. λβ'. p. 207. v. ult. ἀλλ' οὖν προσεποιοῦντο] Concise sic dictum pro integro et explicato hoc. οὐκ ἦσαν μὲν ὑμῖν φίλοι ὡς ἀληθῶς, ἀλλὰ καὶ τὰ μάλιστα ἐχθροί. οὐ μέντοι ἐρῶ τοῦτο νῦν γε, ἀλλὰ προσεποιοῦντο γοῦν.

p. 208. v. 3. ἐνεχυρίαζεν] Dedi ἐνεκωμίαζεν, auctore Chrysococca, quod, verum si minus est, vulgato certe est tolerabilius.

ibid. v. 16. αἴσχιστα] Malim cum articulo τὰ αἴσχιστα.

§. λγ'. p. 209. v. 6. πίπτει] Ἐμπίπτει Helmst. quod mallem nunc a me prælatum esse.

ibid. v. 8. στρατιᾶς] Dedi στρατείας. de hoc enim potest verbum παραγγέλλειν usurpari, minus de altero.

ibid. v. 15. μὴ διασφαλῆναι] De μὴ addendo nil intercedo. Sed præterea quoque τὸ desiderari censeo. πρῶτον μὲν τὸ μὴ διασφ.

ibid. v. 19. ἐγκαταλειφθέντι] Sic dedit cum Aldo Wolfius, neque video quid hujus lectionis reprehendatur. *Deserto ab amicis in periculo.* Alteram, quam Stephanus dedit, ἐγκαταληφθ. si codices confirmarent, isti tamen sim prælaturus.

p. 210. v. 8. γράφων] Malim ὑπογράφων *colorans, pingens.* non enim solet de fuco, qui oculis aliive rei decoris ergo illinitur, simplex γράφειν, sed alterum illud compositum usurpari.

§. λδ'. p. 210. v. 16. οἱ] Aut hic delendus est articulus, id quod suadere videtur etiam defectus articuli αἱ in proximis συνεδρίαι et συντάξεις, aut iterandus est ante τηλικοῦτοι.

p. 211. v. 21. ἔφη βούλεσθαι] Interposui δὴ e Meadiano petitum. quod, ut hic, ita alias sæpissime tantundem significat, atque ἤδη, *se jam velle*—

p. 212. v. 6. πραχθήσεσθαι δὲ ταῦτα οὐκ] Ex Helmst. ταῦτα adscivi. Eram quoque πραχθήσεται prælaturus, quod vulgata etiam est exquisitius, mea quidem sententia, nisi prævidissem, fore, qui vulgatam præferrent, et me novandi pruritus notarent.

ibid. v. 11. ἄνθρωπος] Piget tam levicula consectari; sed dedecet in his ipsis minutis labi. Quoties hoc ingerit Marklandus, ignorans Atticos ad vocabula ἄνθρωπος, ἀνὴρ, et alia quæpiam talia solere articulum omittere, quem eorum morem debebat eum auctorum Atticorum usus docere; poterat certe.

ibid. οὐ κοινὸν] Malim οὐκ ἔτι κοινόν. hoc quod nunc dico, non jam amplius, ut reliqua sunt, homini cum aliis commune, sed ipsi proprium est.

p. 213. v. 8. καὶ τοῦ βίου] Nihil hic deest. egregia est sententia. κενὸν et μεστὸν inter se opponuntur. Oratio et vita inanis est ea, quæ jactantiæ plena cum sit, tum veritate est cassa, multorum magnorumque promissorum exspectationem ad extremum fallens.

ibid. v. antepen. πρὸς τοὺς Ὠρείτας] Videntur hæc e scholio redundare. Nam εἰς Ὠρεὸν idem dicit, neque necessaria sunt illa vocabula ob insequens αὐτῶν. Potest enim hoc ex oppidi nomine sic satis intelligi. Per oppidi nomen cives incolentes designantur. inclusi itaque uncis.

p. 214. v. 1. περὶ ἁπάντων—] Locum hunc ab interpretibus pro desperato depositum, ego quoque necesse habeo ut conclamatum relinquere. Quoquo me verto, nihil expedio. hoc unum tamen, licet ad rem parum faciens, afferre juvat, pro περὶ ἁπάντων leg. videri πέρας ἁπάντων *in fine rerum extremo.* In margine Stephaninæ quod legitur, ἐν τῷ ψηφίσματι, placet id quidem magis, quam ἐπὶ τ. ψ. Sed in loco corrupto, anceps fuerit decernere.

ibid. v. 2. ἀξιῶν] Præferrem ἀξιοῦν, si reliqua hujus loci satis essent liquida. Rem ipsam minus tenemus. Liceto igitur nobis malum bene positum relinquere.

ibid. v. 3. ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω] Breviter sic dixit, pro pleno ἵνα δ' εἰδῆτε ὅτι ἀλ. λ.

p. 215. v. 10. ἐπαγγελλόμενον] Reliqui quod secundum Aldum Wolf reddiderat. necessaria quidem videatur Henrici Stephani correctio ἐπαγγελομένον, quam in suo is textu exhibuit. Verumtamen superesse potest adhuc aliquid dubii, utrum verbum in vitio cubet, hoc, an præcedens δεησόμενον. utique, si ἐπαγγελλόμενον bene habet, corrigendum erit δεόμενον. Quare satius fuit, in re ancipiti, accepta a majoribus tradere posteris.

ibid. v. 12. ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο] Suspicatus aliquando fui in ἐλαχίστου latere nomen rei turpiculæ et contemtæ, e. c. πανίσκου *parvi Panis*, aut σατυρίσκου aut πριαπίσκου aut ἐλαφίσκου. Verum ipsi mibi nunc longius hæc videntur arcessita, simplicissimum autem hoc, et nescio an idem verissimum, ut sublato οὐδὲν, quod e fine et initio vocabulorum utrinque proxi-

morum coaluisse videtur, legatur ἐλάχιστα χαλκοῦ δέοιτο, *ænea statua se minimum* (aut *nil*) *egere*. Vel etiam οὐδὲν potest, vel pro variante lectione voc. ἐλάχιστα, vel pro ejusdem scholio haberi.

ibid. v. 13. εἰσπράττειν] Aut bene habet, aut certe potest defendi. Subauditur ἑαυτὸν et a communi ἀπεκρίνατο. *Se exigere* (præsens, pro futuro, *exacturum esse*) ad celeritatem indicandam fortassis.

§. λϛ'. p. 216. v. 7. ἐνταῦθα ἤδη τέτακται] Abruptus nimis, et præter morem oratoris, maleque cohærens hic a prioribus ab insequentia transitus, ut videantur nonnulla deesse.

ibid. v. pen. ἔπειτα καὶ] Bene habet vulgata. δὲ post ἔπειτα solet omitti.

p. 218. v. 6. ἐπεύχεται] Scil. ὁ ὀμνύων vel ἀρώμενος. ἐπεύχεσθαι Helmst. bona lectio. scil. δεῖ τὸν ὀμνύμενον. Sed neque vulgata mala, ut dubites utram præferas.

ibid. v. ult. οὐ πρὶν—] Non videtur totum oraculum, sed initium ejus solummodo posuisse, utpote notum Græcis tum temporis omnibus, qui facile reliqua e memoria supplere possent.

§. λζ'. p. 219. v. 9. καταπλέοντας] Prætuli. non enim a prædernavigantibus, vectigalia exiguntur, sed ab appellentibus in portu. Neque enim Amphissensibus jus erat in oppositam Peloponnesiacam oram, ut est Sultano Ottomanico in Europæ atque Asiæ oras circa Sestum et Abydum, aut regi Daniæ in freto *Sund* dicto : neque sunt sinus Crissæi tantæ angustiæ, ut naves non possint portum Crissæum evitare. Præstat ergo καταπλέοντας lectioni vulgatæ.

§. λή. p. 220. v. 6. πυλαγόρους] Videtur formatio hujus vocabuli, ad primam declinationem, Πυλαγόρας in nominativo singulari, formationi ad secundam præstare, et ubicunque locorum hoc vocabulum occurrit sic formatum, ut necesse sit id a secunda declinatione repetere, omnes illi loci ad modulum primæ reformandi esse. Ego quamquam hoc adire periculum non ausus, reliqui Πυλαγόρους et similia, ut inveni, hic tamen auctore Chrysoc. mutavi.

ibid. v. 8. Λέσβιον] Malim Λεσβίου, ut nomen proprium hominis, non Lesbo oriundi, sed Athenis nati. Lesbius hic, (sic enim nomine suo proprio appellabatur) erat pater hujus Thrasyclis. Occurrunt in rebus Atheniensium multa talia nomina virorum propria a populis ducta, ut Lacon, et Lacedæmonius, Samus et Samius, Bœotus, Thessalus, etc.

p. 221. v. 3. πρὸς τὸν καινὸν νεὼν πρὶν ἐξειργάσθαι] Reliqui lectionem, quam inveni, tametsi vitiosam, quia de vera emendatione nondum satis certo constat. Legendum videtur πρὸ τοῦ καινοῦ νεῶ, πρὶν ἐξηρᾶσθαι (in infinitivo perfect. passivi) *coram novo templo, antequam illud solennibus cærimoniis et carminibus dedicaretur.* Aut potest ἐξηρᾶσθαι ad scuta quoque referri. *Antequam illa scuta consecrarentur.*

ibid, v. 14. προαγομένου] Ita natant librarii Græci inter προαγωγὸς et προσαγωγὸς in locis illis, ubi de lenonibus et lenis agitur, ut satis certo nondum disceptatum sit, utrum sine sibilo, an cum eo, exaranda ista sint, aut, si constet tamen præstare, ut sibilus omittatur, tamen nondum ad liquidum deductum sit, alteram lectionem damnari oportere.

§. λή. p. 222. v. 4. ἐπὶ] Malim περί.

ibid. v. 9. κεραμεῖα] Videntur domus esse lateribus coctis constructæ, αὔλια, quod dedi, auctore Chrysocca, tuguria asseribus contabulata, et stramine contecta.

§. λθ'. p. 223. v. 14. τοιαῦτα] Malim ταῦτα, ob insequens τούτοις, et quod dictio καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ inutilis sit futura, ut tautologa, vulgata manente salva.

p. 224. v. 1. ἐπὶ διετὲς] Ut Marklandi conjecturæ sua ratio constet, tenendum id, quod Taylori fuerat, annotare, tametsi id quodammodo ex ejus annotatione suspicari possis, Marklandum Aldina usum esse, in qua, pro ἐπὶ διετὲς, quæ vera est Wolfii emendatio, legitur ἐπιδόντες.

§. μά. p. 227. v. 4. τὸν Φαρσάλιον] Non concilio hunc Æschinis locum cum illo Demosthenis, ubi Arcas appellatur. v. p. 279. 7. ed. R.

§. μγ'. p. 228. v. 20. Πέρσαν] Hæc de Persa et Thebanis Lacedæmoniisque repetita exempla tantum abest, ut Æschinis causam sublevent, ut deprimant potius et adversarii Demosthenis causam confirment, qui e tot populorum tantorumque exscidiis, hoc, quod consequens erat, collegit, patriæ interitum non sibi esse imputandum, sed adversæ cuidam sorti publicæ, quæ, universa cum Græcia populisque, quotquot cogniti tum essent, pæne omnibus, Athenas quoque obruisset. Æschines autem, philosophus subpinguior ita, colligebat, crassa, quæ illi erat, Minerva, Macedones prosperis utuntur rebus. ergo diis cari sunt. ergo nobis infesti, et nos exosi, qui Macedonibus repugnamus. Ergo religiones deorum violavimus.

p. 229. v. 3. τῆς τε δόξης ταύτης] Gloriæ hujus tantæ rei feliciter confectæ.

ibid. v. 7. οὐδ' ὀρθῶς] Ego μὴ expuncto, quod Wolf de suo immiserat, pro οὐδ' ὀρθῶς dedi de meo sensu οὐδὲν ὀρθῶς. *merito quidem*, ait, *illa urbs de medio sublata est, quippe quæ nullum unquam rectum sanumque consilium de summa rei Græcæ* [h. e. libertate publica] *agitaverat*. Constat

enim Thebanos semper reliquorum Græcorum libertati insidiatos fuisse, eique aut per se ipsos, aut per Persas opprimendæ studuisse. *Verumtamen* — Illud μὴ si serves, incongruum erit, et male cohærens ἀλλὰ *verumtamen* — Quod Scaliger in Bernardino annotavit βουλευσαμένη et κτησαμένη, grammatice quidem id rectum est, si ex jejunitate regularum grammaticarum auctorem judices. Ille vero, contemta severitate constructionis, magis sententiæ memor, animo obversantis, quam vocabuli præmissi πόλις, pluralem usurpavit, quia πόλις tamen aliud nihil est, quam πολῖται. Bene igitur habet, meo quidem judicio, h. l. vocabula βουλευσάμενοι et κτησάμενοι, scil. οἱ Θηβαῖοι. Centenos locos huic similes dabunt, qui de Syntaxi Græca et Latina tradiderunt.

p. 230. v. 3. εἰσελήλυθεν] Malim προσελήλυθεν. et sic loquendi mos est.

§. μδ'. p. 232. v. 12. Θηβαίους. δημαγωγὸς Ἀριστοφῶν] Distinguere malim sic: Θηβαίους δημαγωγός. ut hoc vocabulum δημ. referatur ad Archedamum. Pari modo, versu pen. αἰτίαν ῥήτωρ. ut hoc vocabulum ῥήτωρ redeat ad Aristophontem, non ad Pyrrhandrum. placuit enim hoc nomen cum geminato ρ exarare, quod vulgo h. l. cum simplici prostat exaratum.

§. μέ. p. 233. v. 16. πρῶτον μὲν] Paulo post insequitur aliud πρῶτον μὲν v. 22. quæ est nova subdivisio prioris articuli. Ut brevibus et perspicue sententiam oratoris declarem, sic habet. I. Demosthenem ait Thebanis nimium arrogasse, gemino modo. α) altero, quod Athenienses coegisset belli societatem cum Thebanis facere, non ex ipsorum, sed e Thebanorum tempore, quos dominos Bœotiæ fecisset. β) altero, quod sumtuum faciendorum distributionem, regiminisque, seu imperii militaris, fecisset iniquam, in fraudem Atheniensium. II. Majestati P. A. nimium derogasse, eamque totam ad Thebanos transtulisse §. μϛ'. p. 234. v. 16. III. (§. μζ'. p. 235. v. 20.) Thebanos a pace cum Philippo contrahenda nimis inconsulto absterruisse atque exclusisse. Sic ergo primo quidem πρῶτον μὲν, quod p. 233. v. 16. legitur, respondet δεύτερον δὲ, quod p. 234. v. 16. legitur. Illi πρῶτον μὲν autem, quod p. 233. v. 22. in fine legitur, respondet δεύτερον δὲ, quod p. 234. v. 1. legitur. Universe ut crassiuscule philosophabatur Æschines, ita parum norat res perite secare atque digerere.

§. μζ'. p. 236. v. 10. τοῦτο κήρυγμά τι] Reliqui locum, ut Aldo auctore Wolf et Taylor eum exhibuerant. Videtur tamen post τοῦτο deesse οἱονεὶ *tanquam*, vel *quasi præconium aliquod.*

§. μή. p. 237. v. 14. ἐπιχειρήσειν ἐθελήσεις] Aut e scholio nata hæc est vitiosa lectio, (facile enim factu fuit, ut ἐθελήσεις, quod aliquis super ἐπιχειρήσεις pro scholio scripsisset, alius, minus intelligens quid sibi vellet, in textum inferret;) sive e varietate lectionis, aliis libris ἐπιχειρήσεις, aliis ἐθελήσεις dantibus. quæ ambæ lectiones postmodum ab imprudentibus in unam corruptam conflatæ sunt.

ibid. v. 16. οὗτος] Ctesipho.

ibid. v. 21. γίγνεσθαι] Quod Taylor negat satis intelligere additamentum codicis Bernardini post γίγνεσθαι, id enim vero miror. Ego equidem istam accessionem amplecterer, si satis probatæ auctoritatis essent illius codicis lectiones. Verum constat eum obsitum esse Scaligeri conjecturis. Offendebatur ille vir egregius dictione ὁρᾷν τὴν ἀνάῤῥησιν. ideo addebat ἀναγορεύοντα, quod rediret ad κήρυκα. *videre præconem recitantem formulam prædicationis.* Verumtamen hoc admisso, inutile et inconsentaneum foret τὴν μέλλουσαν γίγνεσθαι. Ecquis enim ἀναγορεύει ἀνάῤῥησιν τὴν μέλλουσαν γίγνεσθαι? Pugnant hæc inter se, et sese jugulant. Nam inter recitandum non jam amplius μέλλει γίγνεσθαι prædicatio, sed jam actu fit, ἤδη γίγνεται.

ibid. v. pen. τραγῳδῶν] Suaderem τραγῳδιῶν, nisi μελλόντων obstaret, quod masculinum necessario postulat. Verum jam supra ad p. 185. v. pen. sententiam hoc de loco meam declaravi, quo lectores amandabo.

p. 238. v. 1. προσελθὼν] Scil. πρὸς τὸν δῆμον.

ibid. v. 12. ἂν ἐρεῖ] Recte sic Aldina, item σιωπήσεται pro σιωπηθήσεται, Stephani, an Scaligeri invento. non tacebit Dedecus ex ore veritatis proditurum, sed occlamabit præconi. Mirifice elegans est h. l. ὑπόκρισις, seu verbis assimilata tanquam in scena repræsentatio contentionis inter præconem plebiscitum Ctesiphonteum recitantem, et veritatem rerum illi occurrentem atque interpellantem. Illi laudes deprædicanti, hæc dedecora obstrepit. Illi τόνδε τὸν ἄνδρα, hæc stomachabunda εἰ δὴ καὶ οὗτος ἀνὴρ subjicit. Illo pergente στεφανοῖ ὁ δῆμος τ. α. ἀ. ἕνεκα oggannit hæc cum fastidio atque indignatione τὸν κάκιστον? Ille nil eo turbatus convitio, continuat ἀνδραγαθίας ἕνεκα, sed veritas inultum id abire non sinit, occentans τὸν ἄνανδρον καὶ λελοιπότα τὴν τάξιν?

ibid. v. 18. ἀρετῆς] Malim sic legi ἀρετῆς ἕνεκα, τὸν κάκιστον, καὶ ἀνδραγαθίας τὸν ἄνανδρον. omisso secundo ἕνεκα. καὶ etiam Helmst. dat.

§. μθ'. p. 239. v. 10, ὑμᾶς] Post ὑμᾶς videtur φαίνεσθαι deesse, *supplicantes vos, ut testatum faciatis vos succensere, non iis, si qui malorum horum auctores ulciscantur,*

(h. e. mihi meique similibus) *sed iis, qui tantas clades sibi consciverint.*

§. ν'. p. 239. v. ult. *πόλεως*] Post *πόλεως* videtur aliquid deesse.

p. 240. v. antepen. *πάλιν αὐτὸς*] Num vera lectio *πάλιν αὖ οὗτος*? Sed acquiesco in vulgata.

ibid. v. pen. *εὐαγγελίων καὶ θυσίας*] Videtur hendiadyoin esse pro *θύσιας ἐπὶ καλοῖς ἠγγελμένοις*. Sed aliter locum constitui ex Helmstadiensi.

p. 241. v. 3. *φυλάττοντα*] *Exta victimarum observantem, intuentem.* subindicat Alexandrum ignavum et imbellem, timidum, spiritus amantem esse, periculaque defugere.

§. να'. p. 242. v. 1. *παράλιοι*] Quocunque sensu accipias, quid huc faciant, et qui possint homines Athenis, aut in agro Attico versantes, testes rei apud Alexandrum gestæ esse, haud equidem video. quapropter legendum suspicor esse *Φαρσάλιοι*. Pharsalii, utpote Thessali, quibus Philippus et Alexander multum uterentur, poterant hoc certo scire. Post hic dudum scripta reperi in schedis Taylori, eum quoque hanc in suspicionem venisse. quam necesse est eum minus probasse, qui in annotationibus impressis haud commemorarit.

ibid. v. 3. *πλαταϊκὸς*] Nam Platæenses omnes tum Athenis habitabant, jure civitatis Atticæ donati, et inter tribus distributi, id quod ex oratione in Neæram constat.

ibid. v. 5. *γενόμενος*] Videtur aliquid hic deesse. Num, *γνώριμος αὐτῷ, οὐκ οἶδα πῶς, γενόμενος.*

§. νβ'. p. 242. v. 15. *τούτων*] Ea puta, quæ supra dixi Demosthenem de suo in Macedonas odio, patriæque caritate jactare consuevisse. Ipse Æschines hæc, brevius et obscurius dicta, exponit istis *καὶ πολεμικῶς εἶχεν.*

ibid. v. 17. *καιροὶ*] Quibus virtutem, animumque Macedonibus infestum, ingeniique solertiam in excogitandis rationibus, quibus illorum potentia minuatur, proferret.

p. 243. v. 1. *βούλει*] Hic ingreditur *τὸν δεύτερον καιρὸν* illorum trium temporum, quæ versu 16. p. 242. commemoraverat.

ibid. v. 14. *τῶν νυνὶ καθεστηκότων*] Hoc tertium tempus est.

ibid. v. 15. *Λακεδαιμόνιοι*] Post *Λακεδαιμόνιοι* addidisset alius *γὰρ*, vinciendæ orationis ergo. Sed Æschines in his paulo est dissolutior, et universo genere dicendi suo proprio utitur. Sed est hoc quidem leve. Paulo majoris momenti est vitium, quod proximo *καὶ* videtur insidere, pro quo legi malim *πρός*. *Lacedæmonii prospere πρὸς τὸ ξενικὸν* adversus *milites mercenarios pugnabant.* Sic appellat milites Alexandri mercenarios, non indigenas Macedonas, in Peloponneso, sub auspiciis Antipatri, libertatem Græcarum civitatum oppugnantes.

ibid. v. 16. *Κόῤῥαγον*] Corrhagus videtur nomen illius *ξεναγοῦ* esse, seu ductoris horum militum mercede conductorum. Res nota est, hos ductores copiarum, quas ære suo alerent copias, eas consuevisse potentioribus aliis, seu civitatibus, seu regibus elocare ad operas militares præstandas.

ibid. v. 17. *συμμετεβάλλοντο*] Simul cum Lacedæmoniis deficiebant a partibus Macedonum.

ibid. v. antepen. *αὐτὴ*] Malim *αὕτη* *hæc.* Megalopolis puta. *ἐπολιορκεῖτο*] a Lacedæmoniis et eorum sociis.

§. νγ'. p. 244. v. pen. *τινες πρῶτον*] Fors. *τινὲς ἡμῖν τὸν πρωκτόν. Sunt qui nobis podicem ita trajiciant, ut si qui filo acus.* Plebeio modo dicitur is alicui podicem trajicere, qui contemtim eum habet, subigit, opprimit, florem ei eripit, dedecore afficit, et dolorem creat. Unde, quæ loci sit sententia, facile apparet. Sunt, ait, qui rep. nostra perinde abutantur, atque pædicones corporibus eorum, quos stuprant. Opprimunt nos, et invitos libidini suæ servire cogunt, violant, derident, infamant et cruciant.

§. νς'. p. 248. v. 12. *τῶν προγόνων*] More oratorum, exaggerandæ rei causa, pluralem usurpavit, rei veritate singularem numerum poscente. Gylon enim solus designatur.

§. νζ'. p. 249. v. 8. *δεινῶς—κακῶς*] Sunt utique *δεινὸς* et *κακὸς* usitatiora. verum haud bene respondebunt præmisso *πῶς*. quare servanda videtur vulgata. amplecterer adjectivum, si *ποῖος* vel *ὁποῖος* præcessisset. Vulgatam sic accipio, ac si scriptum esset *δεινῶς πέφυκε κατὰ* (vel *πρὸς*) *τὸ λέγειν*, et *κακῶς κατὰ τὸ βιῶναι.*

ibid. v. 10. *σώματι*] De lectione *σώματι ἐκ παιδὸς*, ut equidem arbitror, haud aspernanda viderint alii. Decentior quidem est vulgata. Quærere liberos e maribus, habet durum nescio quid, et aures offendens, pudorem certe. quanquam acerbius ei virus inest.

§. νη'. p. 250. v. 11. *σὺ δὲ*] Ctesiphontem alloquitur.

§. νθ'. p. 251. v. 7. *τὸ πρᾶγμα καταπέπλυται*] Res, de qua nunc agitur, honorum puta et præmiorum collatio, ita profunditur, velut aqua e situla, qua aqua pavimentum conspurcatum abluendum sit. *καταπλύνεται* non solum res abluenda, sed etiam id, quo ad abluendum utimur Est itaque *καταπέπλυται effunditur, prodigitur.* Ex Helmst. colligo in libris, saltim quibusdam, olim fuisse *καταπέπτυσται.*

§. ξά. p. 253. v. 3. *ἄξιοι*] Causæ nil vi-

deo, cur a vulgata discedatur. *Et civitatis erant animi excelsi, et* hi certe, tametsi hoc solummodo genere honoris affecti, quod ad hodiernos mores nostros modicum et contemnendum adeo videatur, digni erant hac tam magnanima civitate, seu merita eorum de patria magnificentiam patriæ magnitudine exæquabant. ἀνάξιοι si probes, aut erit οὐκ ἀνάξιοι leg. aut si cum Tayloro coactiorem sententiam e verbis invitis extorquere, et interrogationem obtrudere velis simplici et directæ orationi, tum οὐ erit interrogationi, veluti responsio quædam, subjiciendum. ad hunc modum: τῆς πόλεως ἀνάξιοι; οὐ. οὐ γὰρ ᾤοντο. Verum interrogationi nullum hic esse locum vocabulum κἀκεῖνοί γε arguit. Interrogare enim si voluisset orator, non dicturus fuisset κἀκεῖνοί γε, sed ἐκεῖνοι δέ.

§. ξβ'. p. 253. v. 9. πολὺν] Pro πολὺν in Mead. est πολλούς. quod arbitratu meo illi alteri adjunxi, ut hæc exiret sententia, *qui multa et magna cum diu tolerassent discrimina.*

ibid. v. 13. ἐφ' ᾧ τε] Lectio sine dubio vitiosa, ἐφ' ᾧ τε, quæ in edd. Wolfii, Stephani et Taylori regnat, a Wolfio profecta est, cui ego equidem illam lubens reliqui. Licuit interim tamen Æschini suam veterem probam et primigeniam lectionem ἐφ' ᾗ τε vindicare. ut ἐφ' ᾧ τε usurpatur, pro, *ea lege atque conditione*, ita nil video causæ, cur negetur vetustis in usu fuisse, eodem significatu, ἐφ' ᾗ τε. quod idem est atque ἐπὶ ταύτῃ τῇ προφάσει, ὥστε.

ibid. v. 14. τὰ ἑαυτῶν] Τὰ abest a Mead. sed tum prius quoque melius omittatur. Sed bene habet vulgata.

p. 254. v. 4. δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην] Invenerunt rationem, qua hostes ad consilii inopiam et desperationem salutis adigerent.

ibid. v. 8. μᾶλλον] Ὡς μᾶλλον—ἐθελήσῃ Helmst. quod si admittatur, quanquam nil eo opus est, leg. sit Ὡς μᾶλλόν τις ἰδὼν —ἐθελήσῃ.

p. 255. v. 9. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται] Sic distinctum hunc locum exhibent vulgatæ. Ego de meo pone δὲ signum interrogandi interposui, plura non ausus. Potest enim locus integer esse, tametsi facile deesse non nihil videri possit. Verum nihil deest. Est repræsentata verbis oratoris et nescio cujus alius sermocinatio. Orator interrogat. *Ibi autem* —. (scil. in Pœcile quis est dux illius prœlii?) Interpellat eloqui et defectum orationis explere volentem collocutor: *Nomen imperatoris ibi adscriptum non est.* Orator. *Quid ita?* vel *cur istud.*

p. 256. v. 8. παραναγνῶθι] Post παραναγνῶθι deesse videtur δὲ aut δή.

ibid. v. 12. εἰ τοῦτ'] Interponi velim γάρ.

§. ξγ'. p. 257. v. 1. τῆς ἀνδραγαθίας] Rursus hic interponam ἐκείνων.

§. ξδ'. p. 257. v. ult. ὅμοιον τὸ ὄνομα καὶ τὸ ἔργον] Videtur pone primum vocabulum deesse πρὸς μῖσος. *perinde ad odium fuisse et nomen et rem.* h. e. utrumque æqualiter fuisse ignominiosum et invisum, sive quis ὀνόματι tantum, sive etiam ἔργῳ legibus adversa patrasset. Locus hic affectata brevitate et concinnitate obscuratus est, ut sententiam conjectando elicere sit arduum, videtur autem ὄνομα παρανόμων appellare suasionem legum vetustis legibus atque ritui patrio obrogantium. ἔργον παρανόμων autem patrationem scelerum statum reip. evertentium. Erit igitur sententia hæc, isto admisso: perinde fuisse exosos, si qui juri vetusto civili contraria rogarint, atque si qui facinora alia, reip. damnosa, commiserint.

p. 258. v. 7. τὸ ψήφισμα] Novum puta, a reo τῶν παρανόμων latum. quod Noster paulo post versu 11. τὸ παράνομον appellat.

ibid. v. 14. ἤδη] Cum præsenti παραδέχεσθε haud bene constat. malim παρεδέξασθε, aut παραδέδεχθε in præterito perfecto.

ibid. v. antepen. ὑμῶν] Malim ὑφ' ὑμῶν, a vobis.

§. ξέ. p. 259. v. 14. διαπολιτευόμενοι] Wolf de suo dederat ἀντιπολιτευόμενοι. ego vero vetustam probam lectionem Aldinæ et Stephaninæ διαπολ, revocavi. Verbo hoc item usus est, nescio an Æschinem imitatus, Polyænus p. 45. id quod disco e literata Kronbiegelii A. M. nostratis dissertatione, nuper publicata, de dictionis Polyæneæ virtutibus et vitiis, unde locum hunc (p. 16.) exscribere juvat. [διαπολιτεύεσθαι egregie a Casaubono ad h. l. enucleatum, inde significatum habere videtur, quod διὰ in compositione significet, *certo cum aliquo in aliqua re.* v. Ælian. V. H. 7. 2. διαφιλοτιμοῦμαι Casaubon. ad Athen. XI. 11. Portus Diction. Doric. v. διαείδομαι. Kuster ad Aristoph. Equit. versu 1400.] Hæc ille. διὰ in ejusmodi compositis nisum vel propensionem *in diversa* videtur significare. quasi idem sit atque δίχα *seorsim*, vel *hac, illac.*

§. ξϛ'. p. 260. v. 10. ἀποδέδεικται] Bene habet. *assignatus, attributus, permissus, præscriptus est.*

p. 261. v. 2. μὴ λυθῇ] *Nisi purgetur.* h. e. si minus evincatur, illud decretum, quod discrepantiæ cum legibus arguatur, cum legibus optime consentire.

ibid. v. 5. ὅστις δὲ ἐν —] Sententia est. quisquis autem in prima sui defensione vos rogat vestrum suffragium, is vos hæc rogat, ut vos sibi velitis religio-

nem vestri jurisjurandi condonare et prodere, et legum veniam facere, suamque in gratiam ritus patrios libertatemque civilem tollere. ὅρκον, et reliqua, αἰτεῖν, est rogare judicem, ut sibi καταχαρίζηται τὸν ὅρκον, jusjurandum a se dictum de servando jure æquo tuendisque legibus, violet in gratiam rogantis. ἡ πρώτη ψῆφος est suffragium illud quod decernit, sitne reus sons, an insons, absolvendus an condemnandus. Quo si condemnaretur, tum iterum ibatur in suffragia. quæ erat ἡ δευτέρα ψῆφος, ἡ τίμησις, qua seu mulcta pecuniaria, seu pœna corporis sit afficiendus.

ibid. v. 9. διενεγκεῖν] Bene habet. διὰ in hac compositione significat τὸ viritim, ut unusquisque sigillatim suum suffragium in cistulam injiceret.

§. ξζ'. p. 261. v. 20. τὸ ψήφισμα—] Verba καὶ τὸ ψήφισμα καὶ οἱ νόμοι sunt expositio vocabuli τὸ σανίδιον. Solebat enim in foro, coram judicum consessu, lignea suspendi tabula, cui inscripta essent hæc duo. 1) decretum, quod παρανόμων argueretur. 2) leges, quæ illi decreto adversari viderentur, quæ leges, quod ad latus decreti scriberentur, ideo dicuntur νόμοι παραγεγραμμένοι.

§. ξη'. p. 262. v. 16. καλέσοι] Καλέσω MSS. quæ lectio si vera est, ut videtur, necesse est, Æschinem dedisse, εἰ βούλεσθε, καλέσω.

ibid. v. pen. ὅνπερ κἀγὼ—] Tutissimum mihi visum fuit in ancipiti loco, cujus emendandi plures paterent viæ, omnes perinde et commodæ et controversiæ obnoxiæ, lectionem et Meadiani codicis et Aldinorum auctoritate munitam revocare, cui aliud nihil deest, quam φυλάττων aut simile quoddam participium, post κἀγὼ inserendum. *ad rationem illam, quam egomet ipse quoque servans, sic ferme accusatoris partes egi.* Speciosam haud infitiabor esse conjecturam seu Stephani, seu Scaligeri, seu amborum, de quo non constat. Miror tamen hoc Taylorum, qui præter morem suum intemperantia quadam laudum et insolita assensus festinatione Stephanum prosequitur, quod fugere profecto non debebat, fugisse, tametsi conjecturam hanc vel maxime probes, adhuc tamen ei aliquid ad complementum deesse, quod bene sensit Scaliger in Bernardino exemplo addens ὧδε. vel quod ego quidem malim ὧδέ πως. Audi modo, et expende. *quemadmodum ego quoque accusavi. Ego vero quomodo accusavi?* Jam deest, quod nemo negabit esse necessario addendum, quicunque cum Stephano faciat. *Sic ferme.* Tam multa autem mutare et assuere atque oggerere auctoribus, auctoritate nostra, sine suffragio codicum, vereor ne audax et criminosum sit.

§. ξθ'. p. 263. v. antepen. περὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων λέγω] Quicquid hic fuerit olim dubii, id interponendo commate sustuli, tanquam duo postrema vocabula in parenthesi posita sint *de publicis (injuriis inquam)*. Nam cum δημοσίων dixisset, poterat alicui πραγμάτων vel πολιτευμάτων succurrere. Orator autem hoc defugiens, cavensque, ne quis in supplenda sententia erret, addit, ἀδικημάτων λέγω. veluti diligenter declarans mentem suam, certisque finibus ambitum ejus circumscribens, de significatione, qua vocabulum δημοσίων h. l. acceptum velit.

§. ο'. p. 264. v. 1. μέγιστον λέγω] Interponi velim ὧν. *gravissimum eorum, quæ arguo.* scil. τὸ, ὡς οὐδὲ ἄξιος — *quod ne dignus quidem sit munere.* ἀπολογεῖσθαί τι potest non solum hoc significare, *oratione purgare et vindicare*, sed etiam *a se amoliri.* ut Latinum *defendere*, non solummodo tueri atque conservare, sed etiam arcere et profligare significat, *defendere hostes, tela*, etc.

ibid. v. 6. βούλεται] Bene habere, et sententia testatur, et versus 8. ubi recurrit.

ibid. v. 12. πόλεως] Post ὑπὲρ τῆς πόλεως videtur διαμαχόμενοι vel simile quid deesse. *vos, qui pro rep. pugnatis, etiam de ordine rerum dicendarum pugnate.*

ibid. v. 13. αὐτὸν ἔξω] Interponendum puto εἰς τούς. quod dat Plinius. cui deest ἔξω. Sed utrumque copulatum plenam dat sententiam et veram oratoris manum. *in res a causa alienas extravagari in iisque commorari.*

ibid. v. pen. εἰς τοὺς τοῦ πράγματος λόγους] Bene habet. ὁ τοῦ πράγματος λόγος idem est atque ὁ περὶ τοῦ πρ. λ. quasi dixisset τὸ λέγειν τὸ πρᾶγμα αὐτό. In alio quidem auctore περὶ utique amplecterer. Crebris iterationibus eorundem vocabulorum, quod Taylor offenditur, miror equidem. Poterat tamen vel mediocri Æschinis usu didicisse, eum illis etiam delectari.

§. οα'. p. 265. v. 1. τοῦτον τὸν τρόπον] Cujus ego vobis auctor sum. μὴ addidi, re ipsa id exigente, non auctoritate codicis Bernardini motus, quæ penes me quidem magna non est. Cujus lectiones pleræque conjecturæ sint Scaligeri, aut nescio an ne hujus quidem. Suspicor enim, Scaligerum, adhuc juvenem, una cum Lambino atque Cantero, Parisiis interfuisse scholis Dorati atque Turnebi, Græcas literas publice docentium. Quod si ita est, liquet jam, qui factum sit, ut Scaliger atque Lambinus et Stephanus in easdem emendationes consenserint. quod haud raro factum video.

ibid. v. 3. ἐπεισάξει] Demosthenes in scenam, velut histrionem adscititium, (*Nebenacteur*) inducet animum suum, versutum illum et præstigiatorem. ὁ γόης alius

non est, quam ipse Demosthenes. Idem est ac si dixisset ἐπιδείξει ἑαυτὸν γόητα.

ibid. v. 8. διηριθμημένους] Delectos, excerptos, distinctos, et in suas quosque classes distributos, atque seorsim stare jussos. tu, qui cum optimatibus facis, hac ito. tu, qui popularis es, illac. ut pastor pecus dinumerat, albas a nigris separans.

p. 266. v. 4. παιδείας] Παιδεία h. l. est, honesta, ingenua, liberalis disciplina, pudica, decoris, æquitatis, humanitatis, et sapientiæ plena vivendi ratio. *bonne conduite.* cujus in præceptis negat Æschines aliud esse præstantius hoc, μὴ μνησικακεῖν, facilitate puta peccatis aliorum ignoscendi.

ibid. v. 6. αὐθημερῶν] Aut accentu mutato leg. est αὐθημέρων, aut αὐθημερινῶν. Orationes αὐθήμεροι (aut αὐθημερινοὶ) sunt eæ, quæ in diem vivunt, ætatem ultra cum diem, quo nascuntur, h. e. habentur, pronunciantur, haud extendunt, sed commota parumper concione, rursus eadem vespera exspirant, et in oblivionem abeunt. Sed prætuli αὐθημερόν.

§. οβ'. p. 266. v. 12. καινοὺς] Aut est alios, a prioribus diversos, aut, eosdem quidem, atque ante, verum superiorum perjuriorum oblitos, quasi recoctos.

ibid. v. pen. περιγράψατε] Dedi εἰ περιγράψετε. *Si me e civitate tolletis.*

p. 267. v. 4. προβαλλόμενος] De iis usurpatur, qui cautela quadam, tanquam scuto, rem quasi vallant. Est itaque sententia, qua tu cautione, quo præsidio, in rep. gerenda, latera ejus communivisti?

ibid. v. 7. ἐξορμεῖς] Urbs quasi portus quidam fingitur, extra quem quæ navis ad anchoram stat, illa ἐξορμεῖν dicitur. Stas ad anchoram, quasi navis quædam extra portum, ad fugam parata.

§. ογ'. p. 267. v. ult. ἀτίμητος] Causa tua non est ex eo genere causarum, quibus quod pœna nulla a legibus dicta et definita est, accusatori sævo, aut judicibus inflammatis liceat immanem pœnam pro arbitratu suo irrogare.

§. οδ'. p. 270. v. 6. πρόσοδον] Quam mire Toupium credibile est exsultasse, hominem portentosæ arrogantiæ atque importunitatis, et sibi placuisse invento suo κεφάλαιον. quod habet quidem ex alliteratione nonnihil gratiæ evanidæ, sed vulgata est et obscurius, neque calidius, sapidiusve. Debitor enim cum perinde dici possit κεφάλαιον habere, cui usuræ pendendæ sunt, atque creditor, qui fructus capitis illius percipit, dubites, utrum κεφάλαιον illud fructuosum, an damnosum sit, activum, ut vulgo usurpant, an passivum. Deinde hoc modo si legas, cujus auctor est Toupius, homo sæpissime ineptus, ubique locorum vanus, et iniquus suique aliorumque æstimator, num ideo magis sententiæ frigus incalescet? Acumen semper est manetque aut plebeium, aut quæsitum, insuave idem atque ridiculum. Verum iracundiæ et malevolentiæ inimici jurati facile talia condonantur. Præterea sunt vetustis quoque sui nævi, quos vetustos auctores tametsi magni facio, homines tamen novi, non fama, sed usu meo, similes nobis.

§. οέ. p. 270. v. 8. εἰπεῖν] Wolf suadet προειπεῖν. motus, ut videtur, a versu 8. p. 271. sed fallitur. Ibi quidem recte προειπεῖν usurpatum est ab auctore, calumnias elevante et insectante, quas prævidebat Demosthenem in defensione adhuc dicenda sparsurum esse. Huic autem loco verbum illud haud convenit. Ctesiphon enim non acturus erat in Æschinem, sed jam tulerat legem suam. In eum igitur εἰπεῖν conveniebat, minus προειπεῖν.

ibid. v. ult. ἐλπίζειν] Prætuli, non quo melius sit vulgata, sed ut planior sic plerisque legentium redderetur oratio, quorum multi videntur haud assuevisse mori oratorum Atticorum, ab obliqua oratione ad rectam, et rursus ab hac ad illam transsiliendi, sine consensu codicum ego equidem hic nihil mutassem.

§. οϛ'. p. 271. v. 9. ὠφέληται] Dedi ὠφέληται πολλὰ, ὑπ' ἐμοῦ δὲ καταβέβλαπται. Videtur in quibusdam libris, unde vulgata nostra manavit, πολλὰ iteratum fuisse ad hunc modum, ὠφέληται πολλὰ, πολλὰ δὲ ὑπ' ἐμοῦ καταβέβλαπται. quæ non est inscita lectio.

ibid. v. 16. παραλίπηται] Dedi παραλείπηται· significatio enim passiva hic postulatur, quæ nulla est in aor. sec. medii.

§. οζ'. p. 272. v. 8. δαπάνης] Δαπάνη h. l. est μανία τοῦ δαπανᾷν prodigalitas, furor absumendi.

§. οή. p. 272. v. 19. προενεδεικνύμην] Scil. πρὸ τοῦ καιροῦ. antequam Alexander rerum potiretur.

§. οθ'. p. 272. v. 22. ἀξίωσιν] Hoc, quod tu postulas fieri, et a me exigis, tanquam officium necessarium, ut scil. vir civilis, patriæ amans, in foro quasi habitet, ex eoque nunquam excedat.

ibid. v. ult. ἐπὶ] Et sententia, et Græcæ linguæ ratio postulat ἑξῆς *consentanee, convenienter temporibus emolumentisque suis.* Constructio hæc est: σημεῖόν ἐστιν ἀνδρὸς πολιτευομένου ἑξῆς τῶν καιρῶν καὶ τοῦ συμφέροντος [ἰδίᾳ ἑαυτῷ, ἢ καὶ δημοσίᾳ.]

§. π'. p. 273. v. 8. ἐμοῦ φανερῶς] Forsitan interponendum οὐ. *interjectis temporibus, quibus a me non palam es convictus.*

ibid. v. antepen. ἢ ὅτε Ἀθηναῖοι] Malim ἢ εἶχον Ἀθηναῖοι, ὅτε τὴν—

§. πά. p. 274. v. 7. Ἀναξίνου] Anaxilam hunc a Plutarcho nominari, Scrimgerus admonuit.

ibid. v. 16. ἀνεβόησεν] Ut equidem arbi-

tror, cum indignatione et fremitu.

§. ϖβ'. p. 275. v. antepen. ἀϖοκρίνοιντο] Henricus Stephanus de suo dederat ἀποκρύπτοιτο. quæ mera est ejus depravatio, cujus ne color quidem, nedum idonea ratio dari possit. Recte servarunt reliquæ ed. lectionem bonam Aldinæ ἀποκρίνοιντο. Sed superest vitiosum τὸ τελευταῖον, pro quo quid substituendum sit, tametsi sententia non pauca subjiciat, neque male illa congruentia, facile tamen non est vocabulum reperire, sententiæ idem satisfaciens, et literarum vestigiis inhærens. Num ἀϖλούστατον. *Simplicissimum?*

p. 276. v. 3. ἐνέστην] *Intercessi*, medium me interposui, impedivi. non alienum id quidem a sententia. videtur tamen ἀνέστην *surrexi* melius convenire.

§. ϖγ'. p. 276. v. 4. καὶ] Quod e fine vocabuli ἀπήνεγκα perperam videtur iteratum esse, uncis inclusi. Pro proximo ὡς dedi ὧν. Constructio hæc est. ἀπήνεγκα, ἀγανακτῶν, νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς ὀλυμπίους, ἐπὶ τούτῳ, ὃ νῦν μέλλω λέγειν, μάλιστα ϖάντων, ἃ ϖυνθάνομαι λέξειν τὸν Δημοσθένην, *omnium, quæ Demosthenem dicturum esse audio, uni huic, ita me dii ament, maxime succensens, quod nunc commemorabo.*

ibid. v. 6. ἀγανακτῶν] Bene habet, cohærens cum ἀπήνεγκα. male positum parentheseos signum criticis h. l. errorem objecerat.

ibid. v. 9. τῶν εἰρημένων] Quod est in editione Aldi, cur improbetur, causæ nil video. idem est, atque αὐτῶν. *earum.* parum triverit Polybium, necesse est, qui hac locutione, ceu peregrina, offendatur. Recte servarunt Wolf et Taylor, male Stephanus cum τῶν Σειρήνων mutaverat. Quamquam Taylor non consilio sapientiæ litavit, sed fortuna, vel necessitate potius moris sui Wolfianam ad literam reddendi. Satis enim, quid acturus fuisset liber, prodidit in annotatione sua ad h. l. quem mirarer utique verba sine dubio genuina, sententiæ optime convenientia, nullaque nota manum Scholiastæ prodentia, atroci obelo confodientem, nisi nossem Taylorum, sæpenumero in vere duris atque inexplicabilibus mutum, in vulgaribus disertum, in vitiosis cernendis obtusum, in emendandis parum felicem, in tricis nectendis mirifice sollertem et ὑπερκρίτικον.

ibid. δὴ] Καὶ οὕτω δή. Bern. Quid hoc sibi velit, parum intelligo. Videtur Scaliger οὕτω exarasse. Verum ita si dedit, non pro varia lectione id dedit, sed pro scholio, significaturus, καὶ δὴ καὶ idem valere atque καὶ οὕτω καὶ — *et pari modo etiam* —

ibid. v. pen. αἰτίας] Supervacanea atque importuna est Taylori super voc. τῆς αἰτίας argutatio. Ego equidem in hoc dictione αἰσχρόν ἐστι τὸν αἰτιώμενον οὐκ ἔχειν ἐπιδεῖξαι τὸ ἔργον τῆς αἰτίας nihil video, neque quod redundet, neque quod inconditum alienumve sit, sed sana et rotunda omnia. Movendum si quid sit, ἐστὶ statim pone αἰσχρὸν collocem, nil aliud.

§. ϖδ'. p. 277. v. 16. οὐκ ἄρα εἰσὶ] Non equidem reprehendam lectionem vulgarem. haud paulo tamen elegantiorem morique oratorum Atticorum convenientiorem reddideris, si sic legas : οὐκ ἄρα εἰσὶ παρ' ὑμῖν εὐθύναι βίου; *ergone censura morum apud Vos nulla est?* respondet οὐ *nulla*, εἰ τοῦτον — *si hunc impunem dimittatis.*

ibid. v. pen. ἐπεισαγόντων] Wolf et Taylor dederunt ἐπεισιόντων. Sed bene habet vulgata. sive ἄγειν in hac compositione pro ἰέναι accipias, quo sensu illud sæpissime usurpatum reperitur, sive propria illa et vulgari notione *ducendi*, ubi δρᾶμα possit subaudiri.

§. ϖέ. p. 278. v. 16. κριτὰς τοὺς ἐκ Διονυσίων] Videtur ἐκ in hac dictione idem significare atque μετὰ *post. judices negotium suum e Liberalibus*, h. e. post peracta Liberalia, *agentes.* Latini quoque *ex* ita usurpant.

p. 279. v. 5. ϖρὸς ὃν ἐχαρίζετο] Id est πρὸς τοῦτον, ᾧ ἐχαρίζετο. *apud eum, in quem collatus fuerit.* beneficio ornatus ignorat auctorem beneficii.

§. ϖς'. p. 279. v. 8. ϖαρακινδυνεύειν] Locus hic ad bene reddendum paulo est difficilior. Sententia videtur hæc esse : nobis eveniet, Athenienses, ut, qua nunc gaudemus fortuna reip. prospera eandem in periculum demus, cautionem et sapientiam insuper habentes.

ibid. v. 10. προΐεσθε] Hoc est, quod paulo ante dixerat τὸ παρακινδυνεύειν.

ibid. v. 11. οὐ γεγένηται] Hoc est modo dictum κατορθοῦν.

ibid. v. antepen. κατέλυσαν] Bene habere demonstrat additum ῥαδίως οὕτω. perquam facile factu est, ideoque nil mirandum, si quis alium quempiam deliniat. sed difficile est, ideoque stupendum, tantam civitatem a paucis enervari et everti, idque tam levi opera. Hujus autem rei causa fuit hæc, quod populus, adulatoribus obnoxius, ab his se decipi pateretur. κατακηλεῖν bene Græcum esse, nemo facile dubitet, neque opus erat auctoritatibus. at hoc in controversia erat, fueritne Æschines eo hic usus. id quod nego.

§. ϖζ'. p. 280. v. 15. τοῦ γὰρ ἐξεργασθῆναι] Breviter dictum, sed ita, ut equidem haud laudem, pro τοῦ γὰρ ἐπαίνου τοῦ ἀπὸ τοῦ ἐξεργ. aut τῆς γὰρ δόξης τῆς ἀπὸ τοῦ ἐξεργ. *multo major est ignominia — quam laus condita ista et perfecta esse.* aut, si magna gloria, ista condidisse, multo majus est probrum, in causa fuisse, ut ista conderentur.

ibid. v. pen. τάφρους] Post τὰς τάφρους videtur ταφρεύσαντα deesse. v. versu 14.

Sed uncis inclusi.

ibid. v. pen. ἀνελόντα] Nam cum mœnia ducantur, necesse sæpe est, id quod vel e Thucydide factum constat, ut monumenta diruantur, quo aut saxa et stelæ maceriis condendis sarciendisve adhibeantur, aut in monumentorum loco mœnia, quibus monumenta officiunt, exstruantur.

p. 282. v. 3. τούτων] Horum, Atheniensium puta, in judicio assidentium atque circumstantium.

§. πή. p. 282. v. 14. ὁ αὐτὸς] Sententia videtur postulare ὁ μεγάλαυχος. Sed bene habet vulgata, *hic ipse* (id est, unus et idem) — *ipse* (id est, ultro, sponte sua.)

§. πθ'. p. 283. v. 1. αὐτῶν] Demosthenis et Ctesiphontis.

ibid. v. 2. τολμήσειε] Malim τολμήσει.

ibid. v. 3. ἐγκωμιάσει] Malim ἐγκωμιάζειν.

ibid. v. 7. ὅταν ἄνθρωπος] Δὲ expunxi. nam alias oratio sibi non constat. Qui servant, iis pro ὅπου versu 5. leg. est ἧπου. et videtur in libris vetustis gemina h. l. fuisse lectio, alia ea quam dedi, alia hæc ἧπου γὰρ — ὅταν δὲ ἄνθρωπος.

ibid. v. 8. ἐγκωμιάζῃ] Post ἐγκωμιάζῃ videtur οἴσομεν vel ἀνεξόμεθα deesse, *num feremus?* cum interrogatione indignantis et infitiantis. alias constructio labat. tum incipit nova sententia. *ecquis hæc auribus æquis accipiat?*

§. Ϛ'. p. 284. v. 4. τιμήσετε] Post τιμήσετε, aut excidit, aut certe subaudiendum est, ἐὰν τιμήσητε. et *Demosthenem cum honorabitis, eumne magis honorabitis, an vos dedecorabitis?* vel idem est, ac si dixisset, ἢ οἴεσθε ὑμᾶς μὲν αὐτὸν τιμᾷν, αὐτοὺς δὲ ὑμᾶς ἐν ταὐτῷ οὐκ ἀτιμάζειν?

§. Ϛά. p. 284. v. pen. κρινεῖτε] Revocavi, et verum esse docent insequentia. Sed excidit vocabulum σκοπεῖτε. quod quamvis viderem prorsus esse necessarium, tamen de meo ingerere ausus non sum. Lego interim σκοπεῖτε, τί κρινεῖτε. *considerate, quam sententiam sitis pronuntiaturi.*

p. 285. v. 1. κηρύγματα] Cur Marklando displiceat, nil equidem causæ video. Negat exempla subjecta huic vocabulo convenire. Ego vero aio bene omnia convenire, quod intelligo. nam in omnibus judiciis sententia judicum, quæcunque esset, præconis voce promulgabatur. Quod etsi secus esset, nihilo tamen minus dictio bene haberet. Damnatio rei absolutiove, quia loco publico et nomine populi fit, recte videtur κήρυγμα δημόσιον appellari. quicquid enim ad omnes dimanat, omnibus innotescit, id est κήρυγμα.

ibid. v. 3. ἀσχήμων ὢν] Rursus recte habet. non respexit Taylor ad proximum καὶ βδελυρός. quod stare non possit ab ὢν destitutum.

ibid. v. 7. ἐπανελθὼν] Ante voc. ἐπανελθὼν videtur ἄτιμος deesse. eo, quod a judicio domum rediit capite minutus, infamia notatus, jure fori frequentandi mulctatus.

§. Ϛβ'. p. 286. v. 1. καὶ τῶν κηρυγμάτων—] Non ex errore operarum, sed ex præscripto Stephani, legitur in ejus editione κτημάτων, pro κηρυγμάτων, quæ vera est lectio, meritoque a Wolfio retenta. Quod Bernardi liber Stephano suffragatur, id nihili est. Quod sæpe dico, notulæ illæ codici Bernardi adscriptæ, non lectiones sunt e bonis libris vetustis ductæ, sed meræ conjecturæ, seu Scaligeri, cujus dicuntur esse, seu cujuscunque alius. Bernardus, seu quicunque alius illum codicem notulis distinxit, aut ex ipsa Stephani editione hoc κτημάτων transsumsit: (in quo ni fallor, liquet illas notulas Bernardino codici post editum a Stephano corpus oratorum Græcorum demum adscriptas esse:) aut Stephanus et Scaliger (si is est auctor illarum notularum) ex uno communi fonte hauserunt, e prælectionibus sive Turnebi, sive Dorati. Quod si ita est, ambo aliena sibi arrogarunt. quod vereor ne nimis sæpe factum sit. De Stephani quidem, neque Scaligeri minus, vanitate, arrogantia, erga alios invidentia, et æmulatione, obtrectandi libidine, et furtiva cupiditate laudes alienas in se derivandi satis inter omnes constat; ut a vero haud abhorreat, eos ambos ex magistrorum adeo agris nonnunquam prædas egisse. Sed esto hac de re statuendi suum cuique arbitrium. Ad rem redeo. παραδιόρθωσις illa est, sive Stephani, sive cujuscunque tandem, quæ κτημάτων pro κηρυγμάτων sufficit. Nihil ego aliud in lectione Aldinæ mutavi, præterquam ὥσπερ. Hoc primum in duo vocabula ὡς περὶ dispescui, deinde in alium locum transposui, ut videre est. quo hæc emergat sententia, quam intendisse atque reliquisse videtur orator. *Jubete eum, verborum quoque suorum evictiones referre ad vitam illa verborum magnificentia dignam, ut de præconiis fieri vult lex.* h. e. imperate ei, ut demonstret, vitam a se actam respondere gravitati, et splendori orationis suæ, vel jactantiæ potius, veraque illa omnia esse, quæ de se prædicet. quemadmodum, si quis servum aut domum, villam, aliudve quid, per vocem præconis vendat, lex ei injungit, ut emtori veritatem eorum omnium, quæ præco venditoris loco atque nomine prædicaverit atque spoponderit, præstet atque evictam det; sin minus, emtio rescindatur.

ibid. v. 16. παραγηραρακῶς] Bene habet. *præ senio ad delirium seu desipientiam delapsus.* παρὰ in ejusmodi compositione discessum a natura et a recto significat. παραγηράσκειν est ita senescere, vel eo us-

que senectutem extrahere, donec a statu naturæ humanæ desciscas, quæ natura res quasque, quas effert, veras, rectas, decoras, præclaras, salutares, finique suo consentaneas effert. γῆρας aliquod est decorum, venustum, amabile, gerenti ipsi haud grave, neque aliis molestum, prorsus homine dignum. hoc agere est γηράσκειν. sed παραγηράσκειν est senescere secus, quam decebat, aut expediebat. Id quod hujus loci sententia postulat. καταγηράσκειν autem est, senectutem degere, h. e. agere, obire et absolvere, quod a loci sententia est alienum.

§. ϟγ'. p. 287. v. 8. Locum hunc si legas minus attentus, nil ei videtur inesse vitii, morem autem oratorum Atticorum si teneas, atque recorderis, præmisso ὅς subjungendi οὗτος, facile venias in suspicionem, post αἴτιος h. l. deesse ὅς.

§. ϟδ'. p. 288. v. 8. ὢστὶν] Bene habet, cohærens, non cum διαβλέψαντες, sed cum βουλεύσασθε, cum quo etiam ἀποβλέψαντες versu antepen. cohæret.

ibid, v. 9. ὄμμασι διαβλέψαντες] Malim ὄμμασιν οὐ διαβλ. ob insequens ἀλλ' εἰς τὴν ἀλαζ. *non per vos ipsos solummodo circumferentes oculos, sed etiam* — non auribus modo, sed oculis quoque in consilium adhibitis deliberate, neque vosmet solummodo intuemini, sed etiam Demosthenis insolentiam.

ibid. v. 14. διατετέλεκεν] Deest Mead. et facile possit omitti, cum proximum διαγεγένηται sufficiat. Verum affectat Æschines, et, quod mireris magis, ipse Lysias, brevitatis ille studiosissimus, ejusmodi redundantiam isocolorum tenacem.

§. ϟς'. p. 289. v. ult. βεβοήθηκα] Malim βεβόηκα. Idem est βεβόηκα καὶ εἴρηκα, atque μετὰ βοῆς εἴρηκα. quæ dicenda habebam, magna et clara voce dixi. Vulgata si obtinebit, aut addendum erit ὑμῖν, aut certe subaudiendum.

# IO. IACOBI REISKII

AD

# ÆSCHINIS EPISTOLAS ANNOTATA.

Universe, his epistolis parum diligentiæ adhibui, annotationum nihil addidi, quæ sint confictæ, isto nomine indignæ. Demosthenis autem quæ nomen præferunt, ejus sunt, genuinæ sunt, tam perspicuis insignitæ notis veritatis, ut sensu carere eum necesse sit, qui contra dicat. Pauca tantum in texto Græco mutavi, quoad ejus fieri poterat, currente prælo, parcens stomacho typographorum facile irritabili, dum relego chartas adhuc madidas, mendasque expurgo. Pæne me nunc hujus operis piget pudetque. Præstabat, hanc Camarinam aut non movisse, aut perpurgasse.

Ep. ά. p. 298. v. 7. ἐτίθεντο] Recepi. *interpretabantur.*

ibid. v. antepen. ταφέντος] Noscitis hinc sæculum, quo cusæ hæ sunt epistolæ, tertium a Christo nato, aut quarto, quanquam hujus potius. Prodierunt utique e schola aut Libanii, aut alius alicujus sophistæ ex illo grege, de quo Philostratus pluribus exponit. Nobilis hic designatus in insula Delo sepultus Consul aut Prætor aliquis Romanus fuit. Neminem fugit, quanta tum fuerit Romani nominis apud Græcos reverentia.

ibid. p. 299. v. 19. εὐτύχει] L. εὐτύχει, καὶ μὴ πολιτεύου, μήτε πρόσκρουε μηδὲ τοῖς ἐλάττω δυναμένοις. ἔῤῥωσο.

Ep. β'. p. 300. v. antepen. πολλάκις] Aut cum ἐπέστειλα cohæret; aut cum ἐχρημάτιζον, quod vocabulum bene habet. χρηματίζειν est *tractare negotium aliquod, negotiari*, sive per te præsentem, sive per absentiam et per alios. Si πολλάκις hic significat idem atque ἂν forsitan, *si quæ forte mihi essent nonnulla expedienda Athenis*, indicio est, epistolas hac Æschine juniores esse. Seriori enim ætate demum incipiebat πολλάκις pro ἴσως usurpari.

ibid. p. 301. v. 9. ἐγενόμην] Mallem a me deletum esse. Mei si fuisset arbitrii, constituissem h. l. sic: ἴσως νομισθεὶς, τότε μὲν οὐδ' ἐνυττόμην, νῦν δὲ—*tunc quidem me pungebar quidem.*

ibid. v. 13. ὑμῖν] Ἡμῖν procul dubio rectius. *me meisque necessariis solis.* et v. 15. αὐτούς.

Ep. γ'. p. 302. v. 17. αὐτὸ] Dedi de meo αὐτῷ. Poteram quoque αὐτὸν præferre, sed tum τὸ mutandum fuisset in τῷ. utrum optes, perinde bonum est. alterutro modo scripsit auctor quisquis is est, aut αὐτῷ γενέσθαι τὸ, aut αὐτὸν γ. τῷ.

Ep. δ'. p. 302. v. ult. παύσῃ—] Bene habet hic locus. idem est ac si dixisset: παύσῃ γὰρ τοῦ πολυπραγμονεῖν διὰ τὸ πολυπραγμονῆσαι οὐ προῖκα, *imposterum non eris curiosus, postquam mihi pœnas tuæ curiositatis dederis*, legendo longam hanc epistolam, cujus tibi lectio erit molesta.

ibid. p. 303. v. 7. τὸ γράμμα] id est τὸ σύγγραμμα, τὸ βιβλίον. Pindarum designat.

ibid. p. 304. v. 18. μὴ οὐ] μὴ οὖν debebat a me recipi, sed in festinatione non statim sentiebam ejus bonitatem. μὴ cohæret non cum δοκῶ, sed cum μόνον. Constructio est: δοκῶ οὖν μοι μὴ μόνον βούλεσθαι (nisi potius βεβουλῆσθαι leg. est) μηνύσαι, ἀλλὰ καὶ συντετᾶσθαι (sic enim leg. a συντείνεσθαι, idem quod σπουδάσαι. non συντετάχθαι) ἐγκεκωμιακέναι. *videor mihi, non solum voluisse indicare — sed etiam contendisse laudare.*

ibid. v. 22. ἑστιᾶσθαι] Malim εἱστιᾶσθαι in perfecto passivi. et mox τοσοῦτον.

Ep. έ. p. 305. v. 11. Ὀπλιστίᾳ] Nullum hoc nomen Græcum est. lege Πλειστίᾳ.

ibid. v. 13. ἀλλ' οἴων] Malim οὖν interponi.

ibid. v. 18. μεδίμνοις] Revocavi, expunctum, sed per nefas, a Wolfio. Latinismus hic est. Numera hoc quoque in notis, unde fraus harum epistolarum et ætas multo, quam fuit Æschinis, recentior deprehendatur. Latini amant vocabula eadem iterare, vel ingeminare, ut si dicas. *Laudem* hanc multo maximam duco, quam *laudem* nemo mihi eripiet, fidei in mandatis exsequendis.

ibid. p. 307. v. 3. μηδενὸς] De meo dedi. sine dubio scriptum fuit in antiquis libris μηδεν° (id est μηδενὸς) unde μηδένα effecerunt. *Splendidius non est, quam ullum aliud quodcunque vile et ignobile facinus.*

Ep. θ'. p. 309. v. 11. ὡς τὴν νύκτα] Videtur leg. ὡς ὑπὸ τὴν νύκτα.

ibid. v. 20. ὅμως] Malim ὅλως.

ibid. v. antepen. ὑπολαμβάνων οἰκεῖν] Interponendum videtur ἀσφαλῶς, vel simile quid.

Ep. ί. p. 309. v. ult. Κίμων] Prodit hoc nomen Libanium epistolæ hujus perinde patrem esse, atque ipse se Cimonis fert; quem ad tædium usque ubique locorum crepat.

ibid. p. 310. v. 1. κήδους] Necessitudinis, ejus nempe, qua nulla potest alia arctior esse, filii cum patre.

ibid. v. 3. ἔχειν] Dedi de meo ἔχων. *quæ viderim ibi, cum semel placeat scribere, tametsi largam habeam scribendi copiam, tamen reticebo.*

ibid. v. 5. ἀπειροκαλεύεσθαι] Etiam hoc vocabulum ab ætate Æschinis abhorrens, Sophistam prodit.

ibid. v. 6. δέκα μὲν γλῶσσαι] Satis habet initium versus noti allegare. alias debuisset δέκα δὲ στόματα addere. Sed facile legens quisque ipse subjiciat.

ibid. v. 9. Περγάμων] Bene habet utraque lectio, ut ambigas, utrum optes, Περγάμων an τάφων. Significantur sepulcra Heroum, qui circa Trojam occubuerunt, quorum habemus epitaphia a Gu. Cantero Latina facta. Frequenter hos tumulos in Heroicis commemorat Philostratus. Ex hac quoque nota ætatem harum epistolarum noscites, Philostrati sæculo, et circa, sæculum ardebat φιλιστορησία Troicorum monumentorum, Romanis obtinentibus, qui se a Trojanis oriundos ferrent.

ibid. v. 10. πρὸς αὐτοῖς] Sententia est πρὸς αὐτοῖς τοῖς τάφοις τῶν ἡρώων. Finge tibi Libanium cum grege discipulorum et Homero, quem illis explicaret, manu tenens, obeuntem campos Trojanos, et singula quæque a poeta enarrata demonstrantem. hic situs est Patroclus, hic Antilochus, hic cecidit Hector etc.

ibid. v. 18. παρθένοις] De meo dedi. cohæret cum ταῖς ἄλλαις. Callirrhoe dicitur ὄνομα μέγα ἐν ταῖς ἄλλαις παρθένοις, i. e. ὀνομαστὴ, *clara*. opponuntur hic inter se ὄνομα μέγα, puella, *magnum nomen*, metonymice, aut synecdochice, pro, habens magnum nomen, et πατρὸς οὐ τῶν ἐπιφανῶν, *patris haud clari, ignobilis.*

ibid. v. 22. τοῖς] Revocavi αὐτοῖς, mutata distinctione, *quemadmodum illis*, Trojanis puta, *mos et fas est*, spectare. Quomodo autem? scilicet ἐξωτέρω ὁρᾶν, *procul, eminus.*

ibid. p. 311. v. 6. ποιήσω σοι. ταῦτα] Sic vulgo. delevi mediam vocem, mea auctoritate, ut natam e fine voc. ποιήσω. quem accusativum hoc verbum postulat, is latet in præmisso Καλλιῤῥόην.

ibid. v. antepen. νομίζειν] Dedi. aptus est hic infinitivus ex ἔφη. aiebat *Cimon se existimare*, Attalum athletam ideo sic robustum et validum esse, quod esset e furtivo concubitu natus. Vulgo spurii valentiores et exercitatiores habentur legitime procreatis. Quære, cujus ætatis ille fuerit Attalus athleta, ut ex ea epistolarum ætas elucescat. Invenies procul dubio in Corporibus Inscriptionum, Gruteriano et Muratoriano, aut alio quopiam simili, in sæculo post Chr. nat. secundo, aut tertio, aut quarto. Sed in hoc potius, si Libanii hæ sunt epistolæ, cujus esse aio.

ibid. v. pen. ἐξίοι] E palæstra puta, cujus se studiosum esse genuinus Æschines alicubi fatetur. Sententia est, patrem, Mæandrum, sibi stomachari, quod non vicisset, eoque non effecisset, ut cum ipsius, filii, nomine, suum, patris, quoque nomen a præcone renunciaretur.

ibid. p. 312. v. 2. Καρίωνα] In MSS. est κατιὼν δ', unde effeci κατ' ἰώνιον, scil. πέλαγος. Epidamnus utique Ionio mari assidet.

ibid. v. 8. παθεῖν—] Videtur in verbis παθεῖν et ἐργάσασθαι ludere velle. Prius refertur ad illud ingens periculum quod Libanius et Cimona dibant, ut vici pæne comburerentur. ἐργάζεται autem οἷον ἐν ταῖς κωμωδίαις is, qui alterum cornutum facit. Scamandro Cimon hic cornua imponebat, rapiens virginitatem puellæ, quæ virginitas Scamandro debebatur; quemadmodum Jupiter in Comœdiis Amphitryoni.

ibid. v. 12. καὶ Διονύσου] Interpone τετάρτην. Mæander, Hercules, Apollo, sunt tres. Bacchus ergo quartus erit cornifex.

ibid. v. antepen. ξενῶνα] Malim ξένον. α adhæsit e proximo ἀνέμῳ.

ibid. v. ult. μὲν παθὼν] Interponendum videtur ἐγώ.

Ep. ιά. p. 313. v. 10. ῥᾴδια] Constructio hæc est: ᾤόμην οὐκ εἶναι ῥᾴδια συμβουλεύειν, μηδὲ τῶν ἐπιτηδείων τισὶν, ἃ προσήκει οὐχ ὅτι πόλει, *quæ oportet facere, ea autumabam haud facilia suasu, ne amicorum quidem quibusdam, nedum universæ civitati.*

ibid. v. 15. αὐτοῦ] Prætuli. *ibidem*, Athenis puta.

ibid. v. 17. ἤδη] Revocavi. εἰμὶ solet post ἕτοιμος omitti. Vid. ad v. antepen. ad quem eadem sunt annotanda, quæ hic.

ibid. p. 314. v. 2. δόξω] *Existimavero*, prætuli.

ibid. v. 15. θέλετε] h. l. indicativus est, neque potest imperativus esse, prosopopœia est oratorum, quo sub falsa specie severitatis objurgantis auribus dat et adulatur. Gaudebant enim Athenienses gra-

viter objurgari de socordia, infestis autem animis accipiebant et ægre ferebant oratores potentiam suam elevantes.

ibid. v. pen. τύχης ἀγαθῆς] Complectitur hoc quoque opes belli. τύχη h. l. est status rerum, in quo quis est constitutus, τυγχάνει ὤν. sic bella parantium hæc est τύχη ἀγαθὴ, si copiis rerum valeant ad bellum pacemque necessariarum, ut hostibus sint formidandi.

ibid. p. 315. v. 5. ἄξια] Num post ἄξια deest πράττειν.

ibid. γράφοντες] i. e. παραινοῦντες ἐν τῷ γράφειν.

ibid. v. 6. τρισχίλια] δισχίλια MSS. sed ratio auri ad argentum erat olim ut 1. ad 10.

ibid. v. 7. νέων] Non redundat, sunt enim ἐν ἥβῃ quidam haud νέοι. significantur hic juvenes recentes adhuc viribus animisque, nondum molestiis fracti atque macerati, nondum cladibus ad desperationem dejecti.

ibid. v. 12. ὑπὲρ αὐτῆς κ. τ. λ.] Dedi de meo ὑπὲρ αὐτῆς, εἴ τι [subaudi κακὸν vel δεινὸν] γένοιτο ἐν αὐτῇ, *si quid in ea contingat sinisterius*, si quid ei secius accidat. nota historia apparitionis deorum in bello Persico, instante pugna ad Salamina.

ibid. p. 316. v. 6. ἀντιγράφους] Qui defendere velit, assumendum ei erit, ἀντιγράφους dictos in palæstra et stadio fuisse adversarios inter se compositos. quicunque enim in stadio certare vellet, nomen ei erat profitendum. Id tum ἐγράφετο. Cum sortirentur paria certantium inter se, eorum nomina ἐγράφετο scribebantur, et ἀντεγράφετο contrascribebantur. Hinc ἀντίγραφος, cujus nomen ita esset in libris agonothetarum scriptum, ut esset adversarius ejus, cujus esset ἀντίγραφος.

ibid. v. 16. συστρατείας] Utrumvis, per ι aut per ει diphthongum, labentis est vocabulum Græcitatis, non Æschineæ.

ibid. v. ult. αὐτοὺς] Dedi de meo αὐτοῦ. redit ad Antipatrum. quo etiam ἐκεῖνον.

ibid. p. 317. v. 1. κατελύσατε] καταλύσατε Helmst. Num καταλύσαιτε dare voluit, *illum quidem* (Antipatrum) *deleatis velim*.

Ep. ιβ'. p. 318. v. 1. λόγους] Prætuli. cohæret cum γυμνάσας.

ibid. v. 17. μικρὸν εἰς] εἰς mallem abesse, et sic totum locum legi: ἐξέπεσον, οὐ μικρὸν δεῖγμα τοῦτο τοῦ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς καλῶς ἐμὲ πεπολιτεῦσθαι νομίζειν, *quod ne a Demosthene quidem accusante condemnatus fuerim, hoc non contemnendum visum est argumentum, vos ipsos censere, me præclare in Rep. versatum esse.* ἐφάνη cohæret cum δεῖγμα, et νομίζειν cum τοῦ.

ibid. v. 21. ὅτι, ὥσπερ ἀποθανόντες οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ φεύγοντες] Sic vulgati. quam lectionem vitiosam esse, vel hoc solum prodit, quod ante φεύγοντες desit articulus, necessarius utique, si duo genera hominum, mortui cum exsulantibus, velut diversa inter se copulentur. Sed ὥσπερ abest ab Helmst. et Ald. recte. Iidem enim sunt mortui cum exsulantibus. nam qui exsulant, pro ea Rep. unde exsulant, civiliter mortui. *homines*, ait, *sic*, ut ego, *mortui*, (addit per enarrationis modum) *et exsulantes.* quapropter ὥσπερ sustuli, et comma post οὕτω posui. subaudi ὥσπερ ἐγὼ νῦν ἀποτέθνηκα.

ibid. p. 319. v. 1. καὶ παντελῶς] καὶ ex MSS. recepi, et aliter distinxi. cohæret enim παντελῶς cum ἀεί. *semper et omnibus in rebus* ἀεὶ καὶ παντελῶς *absolute facientes cum hostibus, eorumque partes præferentes.*

ibid. v. 9. παρ' αὐτῷ] Malim παρ' αὐτοῦ.

ibid. p. 320. v. 15. ἀφήρηται] Redit ad ὁ θεός. *deus rursus abstulerit.*

ibid. p. 321. v. 6. πεισαίμην] Dedi de meo πείσαιμ' ἄν. iterari ἂν sic, ut alterum redundet, notum est. poteram quoque πεῖσαι δυναίμην dare, et ambigebam utrum darem.

ibid. ὥς μοι μὴ μόνον] Dedi ὡς μή μοι, μὴ μόνον. *ut ne mihi adolescant mei liberi, non solum ut orbi, sed etiam ut orbi simul atque exsules.* Lamentantis, et quiritantis, et dubitantis est. Ego vero, procul dubio, ut videtur, vos non potero precibus adducere, ut liberos meos vetetis non solum orbos, sed etiam orbos eosdem atque exsules esse.

ibid. v. 10. τελευτήσαντες] Scholium ἐπιῤῥηματικὸν τὸ τελευτήσαντες ἀντὶ τοῦ τελευταῖον. Nugæ. Dedi de meo τελευτήσαντος, quod cohæret cum μοῦ. est oratio subsannantis et exprobrantis, vel, si mavis, quiritantis et commiserationem cientis. deinde autem cum ego mortuus fuero, tum nempe denique mei vobis in mentem veniet, et deferetis precibus meis, qui nunc ad eas nil attenditis, me adhuc superstite!

ibid. v. 16. πάσαις, ἡ πόλις] Prætuli sed suspicans una, post πάσαις deesse ἀρεταῖς, aut simile quid.

ibid. v. ult. εὐπειθὴς] Bene habet. εὐπειθὴς non solum est, qui facile cedit, et oratione moveri se patitur, sed etiam potens in persuadendo, pollens vi persuadendi.

ibid. p. 322. v. pen. ἡμῶν] Revocavi, sententia id postulante. alias vulgata sententiam daret non malam. qui noxia rogato rogat, is contra eum rogat.

# SCHOLIA.

# I. I. REISKII

## PRÆFATIO

AD

# SCHOLIA IN ÆSCHINEM.

---

QUÆ nunc primus edo in Æschinem Scholia, a multis desiderata, ut alia multa scilicet desiderantur ab ignorantibus veras rerum rationes, a Tayloro non uno loco laudata et commendata, sed ipse suo præconio fidem, videat, qui approbet, penes me quidem non magni ea fiunt, et usus ipse docebit, me bona fide cum lectoribus agere, qui merces satis triviales mendacium laudum ostentatione venditare religioni mihi ducam; ea igitur Scholia, unde acceperim, ut ex me lectores accipere cupient, ita opera mihi danda est, ut eos hujus rei certiores faciam.

Scholia hæc non unius videntur generis esse, sed scoriis sunt raræ nobilioris metalli micæ intermixtæ. Fundus Scholiorum antiquus et ingenuus utique est, sed Græculorum fæx ex infima ætate et classe illa vetusta bona, magni merito suo facienda, sed pauca numero, tam multis nugis suis obruit, ut per me si stetisset, in tenebris et angulis bibliothecarum, quibus ad hoc diei abstrusæ jacuerant, diutius inveterascere sivissem. Alia levia sunt, alia vel pueris nota, alia falsa, alia ridenda et explodenda, totum pæne ferculum abjiciendum. Nescio, an insint ipsis adeo Henrici Stephani et Wolfii editionibus juniora, et illinc istuc translata. Aldo quidem juniora inesse, nullus dubito. Cur autem, aies, viri docti, neque illi obesæ naris homines, et quibus, cur fraudem facerent, nil esset causæ, certatim hæc scholia collaudarunt. Differunt sensus hominum inter se quamplurimum, ut mirum dictu sit. Ego totum pæne genus Scholiastarum contemno, et ab eorum lectione tota vita abhorrui, quos ludimagistros, blaterones, infantes, rerum antiquarum imperitos et pæne stultos usu meo deprehendissem. Et hunc quoque scholiastam Æschinis fraterculis esse simillimum, vehementer mihi, qui editor sim, doletque, pudetque fateri. Dodwellus tamen, Fabricius, Hemsterhusius, Taylorus, Wesselingius, Ruhnkenius, Toupius ad Theocriti Syracusanas p. 239. passim

laudarunt, eumque edi se velle præ se tulerunt. Qui judicii sui cum fidem sustinebunt, tum operæ a me in eo edendo susceptæ vindicias præstabunt. Cernebant scilicet viri illi docti sparsa per hunc Scholiastam auri quædam ramenta, ex illis vetustissimis temporibus Augusteo ævo ultro citrove finitimis, nescio quo casu, conservata.* Quæ cum, ut par erat, mirarentur atque amplecterentur, judicii quadam festinatione reliqua quoque omnia his raris et facile numerandis fragmentis similia esse suspicabantur magis atque sperabant, quam certo sciebant. Et valde vereor, ne brevi fiat, ut exsistat vir doctus, Scholiastarum et Lexicographorum familiaris, qui illa ipsa decora, quæ nunc propria nostro Scholiastæ, indicta adhuc et ignorata prorsus, et nusquam locorum reperiunda credimus, ex angulo nescio cujus Lexici aut Grammatici dudum editi eruat, dudumque edita et obvia demonstret ea esse, quorum nos stulti novitatem et pæne θειότητα stupentes veneramur. Tu vero, ait, cur delectu non es usus? Profecto seculum hoc ignoret necesse est, qui speret, ut e membranis excerptas quasdam notulas proferens judicii sui veritatem omnibus approbet. Operæ pretium haud faciet. Pro laude querelas audiet, non paucorum, sed certo certius omnium. Consurgent in eum, et convitiabuntur, fraudatos se optima parte; editorem judicio caruisse, et mala fide secum egisse, nugas prodidisse, lectissimas quasque observationes occultasse. Cur non totum dedit? Quæ illum intemperiæ? Absentium fama, incompertorum opinio rem ipsam plerumque solet excedere. Suspiciones igitur has, quas evitare non potuissem, ut jugularem, et voculas malevolorum ut opprimerem, malui, cum paucarum chartarum jactura, totum opusculum, quale quale est, luci et judicio cujusque exponere, publicoque examini tradere.

Apographa horum scholiorum quodammodo tria penes me fuerunt, Oxoniense, Ultrajectinum, Tayloranum. Audio etiam penes Reimarum, virum, cum superesset, de literis optime meritum, mei amantissimum, fuisse apographum. Sed omnia illa ex uno fonte manarunt, libro, qui Edvardi Bernardi olim fuit, nunc est in Bibliotheca Bodleiana Oxonii. quem toties citat Taylor, *Bern.* appellans. Dicitur ei codici Iosephus Scaliger et illa scholia, et varias lectiones, haud constat unde petitas, et conjecturas denique, aut emendationes suas adscripsisse. Aldina est editio Oratorum Græcorum.

* Cujusmodi commentatores in Æschinem vetustos, fort. eosdem, quos in Demosthenem, olim exstitisse, testatur hoc, quod Scholiastes noster p. 105. antepenult. Aspasium ex hoc numero laudat. Scholia ad primas duas orationes, præsertim ad Timarcheam, præstantiora sunt, deteriora et admodum jejuna ad postremam. Ambo Scholiastæ tam B. quam M. ex uno eodemque antiquiore sunt excerpti, id quod patet e dictis ad p. 46. l. 6. v. σφηττοῖ. Multa verbatim e Polluce, Harpocr. Suida, aliis, translata. quamquam fieri possit, ut ex his Scholiis auctores illi interdum possint emendari. alia levia sunt, alia futilia, tralatitia, inepta, nugacia, alia liquido falsa, alia crassam antiquitatis imperitiam prodentia.

Fuit aliud ejusdem Aldinæ exemplum Bernardino simillimum, quod item a Scaligero conscriptum iisdem notulis dicitur, penes Petrum Wesselingium, excellentis doctrinæ et humanitatis virum, e cujus bibliotheca in Ultrajectinam publicam transiit. Ultrajectinum hoc exemplum cum Oxoniensi plerumque convenit, nisi quod alias pauciora illo, alias plura tenet. Exemplum Oxoniense meam in gratiam exscripsere duo adolescentes egregie literati et magnam de se spem creantes, Griesbachius et Whyte. Griesbachius A. M. est, alumnus celebris theologi Halensis Semleri, Rambachii, theologi quondam item Halensis, postmodum Giessani, ex filia nepos, quem Rambachium, ego puer adhuc Halæ cum audirem pro concione verba facientem, et sæpe audivi, recordor adhucdum, quam sim audiens delectatus. Ille itaque Griesbachius, per Arabicæ linguæ studium mihi, cum penes nos Lipsiæ annum exigeret, conciliatus, in Britanniam profectus, Oxonii scholia ad Æschinis orationem in Timarchum ipse manu sua e libro Bernardi cum exscripsisset, ad me misit, una cum scholiis in duas reliquas orationes, quas ut meos in usus exscriberet, permoverat Whytium, Oxoniensem, quem audio mirifico Arabicæ literaturæ studio exarsisse, et Alcoranicum Lexicon condere, cœptum longe utilissimum, et ita necessarium, ut sine clave Alcoranica ipsam posse literaturam Arabicam efflorescere negem. Faxit deus, ut cœptum hoc omni laude, prosperrimisque successibus dignissimum feliciter Whytius exsequatur. Accessit ad hæc apographa Oxonio ad me missa sub idem fere tempus apographum libri Wesselingiani, nunc Ultrajectini, a Goensio, V. C. ad me missum, qui, auctoritate Sebaldi Ravii, V. C. motus, hoc mihi tribuit, ut quæcunque liber ille tenet, a Scaligero, ut volunt, in marginibus scripta, ipse exscriberet ad me mittenda, non ad Æschinem solum, sed ad omnes reliquos quoque Græcos oratores. Tandem paucis ante mensibus Londino ad me misit Antonius Askewius, V. C. inter alia volumina numero quam plurima, quibus Taylor in adornanda sua Demosthenis editione usus erat, volumina duo ad Æschinem solum pertinentia, quæ nunc penes me sunt. Alterum est illud, quod orationum Æschinis exemplum tenet, ex Henrici Stephani corpore Græcorum oratorum minorum evulsum, chartis interjectis distinctum, quibus chartis Taylor, præter collationes codicum Lockerani, Harleyani, et Meadiani, etiam Scholia Græca in Timarcheam, non item in reliquas duas orationes adscripserat, eadem cum illis, quæ in Bernardino et Ultrajectino libro leguntur. Sed accepi quoque in schedis illis Tayloranis aliud volumen, quo consutum erat exemplum Timarcheæ, ex editione Taylori, chartis puris interpolatum, quibus chartis Taylor varias lectiones Meadiani codicis ad illam Timarcheam, et præterea Scholia in eandem orationem ex eodem codice petita inscripserat, ab illis Bernardini libri

Scholiis diversa, et raro cum illis consentientia. Scholia e codice Bernardi depromta insignivi litera B, e Meadiano, M. [Quibus addas velim Scholia in orationem Ctesiphonteam e codicibus Parisinis a Bekkero exscripta, et a. 1815. Halis Saxonum edita, litera P. signata.]

Hi sunt fontes, e quibus nunc istæc scholia in publicum qualicunque ministerio meo emanant. Quos fontes qui mihi recluserunt, amici lectissimi, de me pariter et de literis egregie meritique et imposterum merituri, gratias iis, quas hoc nomine debeo, ago habeoque quas possum maximas et luculentissimas.

# INDEX AUCTORUM

## IN SCHOLIIS AD ÆSCHINEM LAUDATORUM

AD PAG. ED. HENR. STEPHANI, A TAYLORO CONDITUS.



Ad Commentarios ipse Scholiasta suos ad Demosthenem provocat p. 28, 3. *ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς Δημοσθενικοῖς*, et paulo post *ὡς καὶ τοῦτο ἔγνωμεν ἐν τῷ ὑπὲρ Στεφάνου.* quos ad locos Taylor in Adversariis hæc annotavit: "Quasi *annotasset* idem Scholiastes Noster ad Demosthenem. Neque interea est Ulpianus. Nam Ulpianum in sequentibus laudat." Asteriscis notatos ego addidi, a Tayloro præteritos.

# SCHOLIA

# AD ÆSCHINIS ORATIONEM

# IN TIMARCHUM.

P. 8. v. 2. [1] οὔτε γραφὴν γραψάμενος] Ἐπιεικείας συστατικὰ τὸ οὔτε γραφὴν γραψάμενος, οὔτ' ἐν εὐθύναις λυπήσας. †γραφὴ μὲν δημόσιον πρᾶγμα, δίκη δὲ ἰδιωτικὸν, εὐθύνη δὲ, ὅταν πρεσβευτὴν ἢ ἄρχοντά τις κρίνῃ. †τὸ προοίμιον κατ' ἐπιείκειαν ἀπολογίας, ἐκ προτάσεως, ἐκ κατασκευῆς, ἐξ ἀποδόσεως, ἥτις ἐστὶν ἀξίωσις, καὶ ἐκ βάσεως. † γραψάμενος] ἢ κατηγορίαν ἀποθέσθαι (sic). M.

ibid. v. 6. [2] ὃν δὲ τρόπον] Ὃν τρόπον οὗτος καταισχύνει τὴν πόλιν, οὐχ ὃν τρόπον συκοφαντεῖ. πάρεστι γὰρ κατηγορήσων, οὐκ ἀπολογησόμενος. M.

ibid. v. 7. ἐπιδείξω] Δεινότητα ἔχει πολλὴν ὁ ἐπιμερισμὸς τῶν πραγμάτων.[3] M.

ibid. v. 11. ἐπήγγειλα] Ἑταιρήσεως ἦν ἡ γραφὴ καὶ δοκιμασία καὶ ἐπαγγελία. καὶ ταῦτα τῆς κατὰ ἡταιρηκότων (sic) κατηγορίας τὰ ὀνόματα. M.

ibid. v. ult. τοῦ μὲν οὖν] Δεύτερον προοίμιον. M.

P. 9. v. 4. δημηγορεῖν] Ἤγ. ἐν βουλῇ καὶ ἐν δικαστηρίῳ. M.

ibid. v. 12. πολιτεῖαι] Οὐκ ὀρθῶς ὁ Αἰσχίνης τὴν τυραννίδα πολιτείαν ἐκάλεσεν. ἡ μὲν γὰρ πολιτεία ἐκ νόμων συνέστηκεν, ἐν δὲ τυραννίδι οὐκ εἰσὶ νόμοι, ἀλλὰ παρανομία, καὶ ἐκ τούτου δὲ δῆλον, ὡς οὐδὲ[4] Πλάτωνος. οὗτος μὲν γάρ φησι τρεῖς εἶναι πολιτείας. Πλάτων δὲ καὶ δύο καὶ πέντε καὶ ἑπτά. M.

ibid. v. ult. ἐν χειρῶν νόμῳ] Οὕτω λέγουσι τὸ διὰ μάχης χειρῶν νόμῳ. καὶ φαμὲν ὁ ἔχων (sic) διὰ μάχης ἐν χειρῶν νόμῳ ἐτελεύτα, οἷον ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. M.

P. 10. v. 5. προσήκειν] Ἐπειδὴ πρεσβύτερος ὢν ὁ Τίμαρχος κρίνεται, φοβεῖ τοῦτο τὸν Αἰσχίνην, καί φησιν, ὅτι οὐ δεῖ ζητεῖν νῦν, [5] εἰ περιέχουσιν (sic) οἱ νόμοι κελεύοντες αὐτὸν ἄτιμον εἶναι, ἀλλὰ δεῖ πάντας τὰ ἐκ τῶν νόμων πράττειν. ἐντεῦθεν ἡ κατάστασις ἀναμεμιγμένη τοῖς ἀγῶσι. τοῦτο δὲ κατ' ἐπαγγελίαν τὸ σχῆμα. ἔστι δὲ ἡ κατάστασις ἀναμεμιγμένη καὶ σύμμικτος τοῖς ἀγῶσι δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἠπόρει γὰρ μαρτύρων ἐνταῦθα καὶ ὅπως λάθοι τοὺς δικαστάς. M.

ibid. v. 12. Δράκων] Δράκοντος νεώτερός ἐστι κατὰ τὴν νομοθεσίαν ὁ Σόλων ἔτεσι ρ'. ὁ δὲ Δράκων ἔγραψε τοὺς φοινικοὺς (sic) νόμους. M.

ibid. καὶ οἱ κατὰ τ. χ. ἐ. ν.] Τοὺς μετὰ Σόλωνα. οὐχ ὡς αὐτοὶ ἐνομοθέτησαν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἔλυσαν. τῷ γὰρ μὴ λῦσαι δηλοῦσι συντιθέμενοι. M.

ibid. v. 15. παῖδα] Παῖδας τοὺς ἀνήβους μείρακας, τοὺς ἀρξαμένους ἡβᾷν εὖ[6] ἂν ἐκ τῶν

*** Notandum: Annotationes omnes esse Reiskii.

[1] Apographum Griesbachianum primo loco dat fragmentum, quod Taylor suspicatur Longini esse, e Photio repetitum, a Tayloro in fine præfationis ad Orat. in Timarchum, ubi ipse exhibuit p. 5. v. 36. In Apographo autem Taylorano Scholiorum non legitur. Quapropter ego quoque hinc arcui.

[2] Huc referendum videtur scholium e cod. M. a Tayloro exscriptum cum hoc titulo. Ad locum incertum. τὸ γὰρ ἀπενεγκεῖν, ἐπαναγαγεῖν, ἐπαγγεῖλαι, γράψασθαι, ἐγγράψασθαι, ἀποθέσθαι γραφὴν, κοινῇ ταῦτα φαίης ἂν ἐγκλήματα, καὶ Πλάτων ἐπικλήματα, καὶ ἐγκαλεῖν καὶ ἐπικαλεῖν. καὶ κατηγορία δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ αἰτία, ὡς Αἰσχίνης, καὶ ὡς Πλάτων αἰτιάσεις καὶ διώξεις. His subscripserat Taylor istæc: "Videntur desumi ex Lexicographo quodam, fortasse Polluce. Nam Pollucem redolent."

[3] Adscripserat quidem hoc scholium Taylor ad voc. ἐπιδείξω, verum ipse dubitans de veritate sedis hujus a se assignatæ, scholio subscripserat hæc: "Vel ad βοηθῆσαι τῇ πόλει etc." Postrema scholii satis declarant, referendum id esse ad ista oratoris: τῇ τε πόλει πάσῃ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ ὑμῖν, καὶ ἐμαυτῷ.

[4] Hic erat lacuna in apographo T. punctis impleta.

[5] F. εἴπερ ἰσχύουσιν.

[6] εὖ] Sic apographum Taylori. num ἕως?

ἐφήβων ἐξελθόντες ἄνδρες ἐγγραφῶσιν. M.

P. 11. v. 3. *βούλομαι*] Ἐντεῦθεν etc.[7] M.

ibid. v. 24. *σκότος*] Αἰδὼς γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ νὺξ ἀναίσχυντος. B.

ibid. v. pen. *ἀρχὴν*] Διὰ τοὺς σώφρονας. M.

ibid. v. ult. *παιδαγωγῶν*] Οἱ καλούμενοι παιδονόμοι κατὰ κοινοῦ τὸ παρακελεύεται ὁ νομοθέτης. M.

P. 12. v. 1. *μουσείων*] εἰπεῖν ὅτι ἀγαλμάτια ἦν [8]ὥςπερ καίναις (sic) καρίαις ἐν τῷ ἐνδοτέρῳ οἴκῳ τῶν διδασκαλείων καὶ τῶν παλαιστρῶν Μουσῶν καὶ Ἑρμῶν καὶ Ἡρακλέους. ἐκεῖ δὲ ἔσω ἀπέκειτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μή τις διψήσῃ τῶν παίδων. προσποιούμενοι δὲ διψεῖν (sic) εἰσήρχοντο, καὶ ἐκεῖσε ἔσω ἠχρηστοῦντο μετ' ἀλλήλων. ἐκέλευσεν οὖν ὁ νομοθέτης περὶ τούτων εἶναι ἐπιμέλειάν τινα. M.

ibid. v. 2. *Ἑρμαίων*] Ἑορτὴ τοῦ Ἑρμοῦ, ὡς ἐφόρου ὄντος τοῦ ἀγῶνος. M.

ibid. v. 5. *τετταράκοντα*] Ἐξ ἔθους Ἀθηναῖοι[9] κατὰ φυλὴν πεντήκοντα παίδων χορὸν ἢ ἀνδρῶν, ὥςτε γενέσθαι δέκα χορούς· ἐπειδὴ δὲ (sic) καὶ δέκα φυλαί. διαγωνίζονται δὲ ἀλλήλοις διθυράμβῳ, φυλάττοντες τοῦ χορηγοῦντος ἑκάστῳ χορῶν τὰ ἐπιτήδεια. ὁ δ' οὖν νικήσας χορὸς τρίποδα λαμβάνει, ὃν ἀνατίθησι τῷ Διονύσῳ. λέγονται δὲ οἱ διθύραμβοι χοροὶ κύκλιοι, καὶ χορὸς κύκλιος. καί πως ὁ Δημοσθένης τριάκοντα ἔτη ἔχων ἐγίνετο χορηγὸς, ἀπορίᾳ δῆλον χορηγοῦ. (Sic omnia.) M.

P. 13. v. 15. *κατ' αὐτοῦ τοῦ μὲν*] Ἀφεὶς τὸ λοιπὸν τοῦ νόμου, ἀφ' ἑαυτοῦ φησὶ κατ' αὐτοῦ μὲν καὶ τὰ ἑξῆς. M.

P. 14. v. 1. *ἐπάναγκες*] Ἐξῆν γὰρ αὐτῷ εἰ ἠβούλετο, τρέφειν τὸν πατέρα, μὴ βουλόμενον δὲ οὐκ ἠνάγκαζεν ὁ δῆμος. M.

ibid. *ἡβήσαντι*] Ἤγουν τελειωθέντι, εἰς ἄνδρας ἐγγραφέντι. M.

ibid. v. 4. *νομιζόμενα*] Σπεύδειν ἀπέρχεσθαι τὰς ἡμέρας ἐπιτελεῖν. M.

ibid. v. 6. *ὄνησιν*] Ἤγουν τὸ εὖ πάσχειν παρὰ τῶν παίδων. M.

ibid. v. pen. *θεσμοθέτας*] Οἱ θεσμοθέται ἄλλα μὲν ποιοῦσι κοινῇ, ἰδίᾳ δὲ, πότε δεῖ δικάζειν τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσάγειν εἰς τὸν δῆμον, καὶ τὰς χειροτονίας καὶ τὰς προσβολὰς (sic) εἰσάγουσι, καὶ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς καὶ ἕτερα. M.

P. 15. v. ult. *τὸ ληξιαρχικὸν γραμμ.*] Τὴν ἐφημερίδα λέγει τὴν δημοσίαν, εἰς ἣν ἐνεγράφοντο οἱ τελεωθέντες[10] τῶν παίδων, οἷς ἐξῆν ἤδη τὰ πατρῷα οἰκονομεῖν καὶ τῶν λήξεων ἄρχειν. B. Ἤγουν ἐπειδὰν γένηται ἐννόμου ἡλικίας. † ὁ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφεὶς, ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν. ἡ δὲ πατρῴα οὐσία καὶ λῆξις ἐκαλεῖτο. ἦσαν δὲ ἑξῆς οἱ τοὺς ἐκκλησιάζοντας[11] ἐζημίουν, καὶ τοὺς ἐκκλησιάζοντας ἐξήταζον. ἐγράφοντο δὲ ἀπὸ ἐτῶν ιη', καὶ δύο ἔτη εἰς τοὺς ἐφήβους ἐτέλουν, καὶ διεφύλαττον περὶ τὴν πόλιν τὰ φρούρια. ἀπὸ εἴκοσι δὲ ἐτῶν ἐπολέμουν. M.

P. 16. v. 3. *αὐτῷ Τιμάρχῳ*] Ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν ὄνομα τῆς ἀσελγείας ποιούμενος Τίμαρχον. τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα καλεῖται παρ' ὑπόνοιαν. ἀλλ' ἤδη αὐτῷ τῷ ἡταιρηκότι (sic). M.

ibid. v. antepen. *κηρυκευσάτω*] Ἀντὶ τοῦ μηδὲ ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω. νῦν οὐ περὶ τῶν κατὰ γένος κηρύκων λέγει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν κατὰ πόλεμον πεμπομένων πρὸς πόλεμον[12] μετὰ κηρυκείων περὶ σπονδῶν. καὶ εἴρηται μηδὲ ἐπὶ τοιαύτην, φησὶ, διακονίαν πεμπέσθω ἡταιρηκώς. M.

ibid. *τοὺς πρεσβεύσαντας κρ.*] Ἐπειδὴ ἀπέθετο μετὰ Δημοσθένους Τίμαρχος τὴν κατ' Αἰσχίνου τὴν (sic, f. τῆς) παραπρεσβείας γραφήν. M.

ibid. v. pen. *συκοφαντείτω*] Ἆρα οὖν τοῖς μὴ ἡταιρηκόσιν ὁ νόμος συκοφαντεῖν λέγει; οὒ, ἀλλὰ τοῦτο λαμβάνει ἐκ τοῦ μείζονος ἀτόπου. εἰ γὰρ νόμιμόν σε οὐκ ἐᾷ πράττειν, πολλῷ μᾶλλον παράνομον. M.

P. 17. v. 7. *τῶν ἐννέα ἀρχόντων*] Αὕτη ἀρχὴ ἐν Ἀθήναις σεμνὴ καὶ στεφανοφοροῦσα. καὶ ἡ ἀρχὴ στεφανηφόρος. καὶ οἷον ἐννέα ἄρχοντες στέφανον ἐφόρουν μυῤῥίνης. ἦσαν δὲ ἄρχων, βασιλεὺς, πολέμαρχος, καὶ θεσμοθέται ἕξ. οὗτοι δὲ οἱ ἐννέα ἄρχοντες μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς ἀρχῆς Ἀρεοπαγῖται γίνονται. M.

ibid. v. 8. *ἱερωσύνην*] Οὐ παντὶ βουλομένῳ ἐξῆν ἱερᾶσθαι, ἀλλὰ τῷ ἐκ γένους καταγομένῳ ἱερατικοῦ. οὕτω δὲ καὶ τὸ μηδὲ κηρυκευσάτω. M.

ibid. *συνδικῆσαι*] Ἀντὶ τοῦ μὴ γενέσθω αὐτοῦ (sic) μεγάλου δικαστηρίου τῆς Ἡλιαίας, ὅτε δῆμος (sic) δικάζει. M.

ibid. v. ult. *τὸ καθάρσιον*] Ἐπεὶ ἔθος ἦν τοιοῦτο· εἰσήρχετό τις ὁ λεγόμενος [13]περιστίαρχος ὁ περικαθαίρων τὴν ἐκκλησίαν διὰ χοίρου ἐπεσφαγμένου καὶ ἄλλων τινῶν. καὶ τὰ καθάρσια λαβὼν ἔῤῥιπτεν εἰς τὴν θάλασσαν. ὃ καὶ ὁ ποιητὴς εἶπεν· οἱ δ' ἀπελυμάναντο καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον. εἶτα εἰσήρχετο ὁ

[7] Hic recitatur in M. iisdem verbis scholium, quod jam ad p. 375. col. 2. v. 13. legitur, a verbis ἐντεῦθεν ἡ κατάστασις —.

[8] F. ὥσπερ κλινισκάρια ἐν τῷ —.

[9] Circa hunc locum deest aliquod verbum, e. c. κατέστησαν, vel simile quoddam, sive ab ipso librario codicis Meadiani, sive a Tayloro, omissum.

[10] τελεσθέντες dat apogr. Tayl.

[11] Num ἦσαν δὲ ἕξ, οἳ τοὺς παρεκκλησιάζοντας (vel τοὺς οὐκ ἐξὸν ἐκκλησιάζ.) erant sex magistratus, (vel honorati) qui eos mulctarent, qui secus atque fas esset, vel illicito modo, concioni interessent, ut e.c. capite minuti, quibus foro interdictum esset. Tametsi fatendum mihi est, de his seviris mihi nihil alibi occurrisse.

[12] F. πολεμίους, vel τοὺς πολεμίους.

[13] Apogr. Tayl. περιεστίαρχος. Sed paulo post consentit apographo Griesbachiano et Goensiano.

κῆρυξ, ὃς θυμιατεύσας πρότερον καὶ αὐτὸς τὴν ἐκκλησίαν, ὕστερον ἐβόα [14] πρώτῃ φωνῇ, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων Ἀθηναίων; εἶτα εἰ μέν τις ἐβούλετο [15] τοῦτο λέγειν, ἀνίστατο· εἰ δὲ ἐπὶ πολὺ βοῶντος οὐδεὶς ὑπήκουσε, δευτέρᾳ φωνῇ ἐβόα, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν πάντων Ἀθηναίων; ἐκέχρητο δὲ ὁ περιστίαρχος χοίρῳ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀκαθάρτοις, διὰ τούτων τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας καὶ τὰ πνεύματα [16] τὰ πολλάκις ἐνοχλοῦντα ταῖς διανοίαις τῶν ἀνθρώπων, ὥστε πολλάκις ἄλλως βουλεύεσθαι, ἕλκων πρὸς τὰ θύματα καὶ ὥσπερ ἀποχωρίζων τῆς ἐκκλησίας, ἵνα καθαρῶς βουλεύσωνται. ὁ δὲ κῆρυξ διὰ τῶν θυμιαμάτων ἐπικαλῶν τὰ θεῖα [17] τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια, ἵνα διὰ τῆς τούτων παρουσίας ἀγαθόν τι ἔχωσιν οἱ Ἀθηναῖοι βουλεύεσθαι. B. Ὁ λεγόμενος περιστίαρχος ἱερεῖον λαβὼν τούτῳ καθαίρει τὴν ἐκκλησίαν. τοῦτο λέγεται καὶ καθαρμὸς καὶ καθάρσιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι· πάριθ᾽ ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος. ἔθος δὲ ἦν καθαίρειν τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ θέατρα μικροῖς χοιριδίοις, ἃ καθάρσια ἐκάλουν, καὶ προσηγορεύοντο οἱ περικαθαίροντες περιστίαρχοι. τὸ δὲ καθάρσιον ἦν χοῖρος ἐσφαγμένος, δι᾽ οὗ καθῆραν τὴν ἐκκλησίαν. M.

P. 18. v. 2. προέδρους] Πρόεδροί εἰσιν οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προκαθήμενοι. M.

— ibid. v. 3. ἱερῶν τ. π.] Ὅτι τὰ ἱερὰ πρῶτον εἰσεκάλουν. οὐκοῦν καὶ περὶ ἱερῶν καὶ περὶ κηρύκων. καὶ γὰρ οὗτοι ἱεροί. εἶτα πρέσβεων καὶ τῶν ἄλλων ὁσίων. ὅσια δέ ἐστι τὰ μὴ ἱερά. ὥστε πρῶτον τὰ ἱερὰ, δεύτερον (sic) δημόσια, τρίτον ἰδιωτικά. ὅσια καλεῖ τὰ δημόσια. M.

— ibid. v. 6. πάντες εἴπωσι] Οὐχ ὅτι πάντες ἔλεγον, ἀλλ᾽ οἱ βουλόμενοι. M.

P. 19. v. 1. ἡ δὲ τόλμα] Τὸ θαρσέως (sic) τι ἢ τολμηρῶς ποιεῖν. M.

— ibid. v. 4. ἐπειδὴ ὀνόμασιν (sic)] Ἐπεὶ δὲ [18] οἱ πρεσβύτεροι ὡς ἔμπειροι πραγμάτων ηὐλαβοῦντο συμβουλεύειν [19] ἀποτυχίας γενομένης κριθῶσιν (sic), διὰ τοῦτο αὐτὸς ὁ νόμος καλεῖ, ἵνα ἐξ ἀνάγκης ἀναστάντες δημηγορήσωσιν. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους καλεῖ, φησίν. ἐκείνους μὲν οὖν ἀορίστως, τούτους δὲ ὡρισμένως. M.

— ibid. 7. προτρέπει] Εἰ γὰρ ἡ πόλις αὐτοὺς τιμῶσα πρώτους καλεῖ, καὶ οἱ νέοι αὐτοὺς τιμήσουσι. M.

— ibid. 12. ἀνόμοιον] Κατὰ τὸ γένος τῆς κακίας καὶ τῆς ἀρετῆς, οὐ γὰρ δήπου τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἑταιρήσεως. M.

— ibid. 17. ὅτι πάντες (sic)] Οἱ πάντες νῦν ἐπεὶ τοῦ οἱ πολλοί.[20] M.

— ibid. 18. τὴν Σόλωνος εἰκόνα] Ἀνετέθη ἡ Σόλωνος εἰκὼν οὐκ ἐπὶ τῷ ἐν κόσμῳ λέγειν, ὥς φησιν Αἰσχίνης, ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὰ ἐλεγεῖα οὕτως ἀπήγγελλε. Δημοσθένης μέντοι φησὶ νεωστὶ πρὸ πεντήκοντα ἐτῶν ἀνατεθεῖσθαι ταύτην τὴν εἰκόνα. λέγεται δὲ Κλέων ὁ δημαγωγὸς παραβὰς τὸ ἐξ ἔθους σχῆμα περιζωσάμενος δημηγορεῖν. B. M.[21]

P. 20. 11. οὐκ ἀπελαύνει] Ταῦτα προσαγωγά ἐστι πρὸς τοὺς δικαστὰς, ἰδιώτας ὄντας. M.

— ibid. 13. τέχνην] Τοῖς Ἀθηναίοις ἐνομίζετο τέχνην τινὰ ἐπιτηδεύειν. οὐχ οὕτως τοῖς Λακεδαιμονίοις. τοῦτο [22] γὰρ αἰσχρὸν ἦν καὶ δουλοπρεπές. B.

— ibid. 15. ἐπερωτᾷ] Διὰ τοῦτο [23] καλεῖν τὴν ἐξουσίαν δηλῶν. M.

— ibid. pen. τίθεσαι] Τίθεσθαι λέγειν [24] καὶ ἐπὶ τοῦ ἀποτίθεσθαι τὰ ὅπλα, καὶ τοῦ περιτίθεσθαι καὶ ἐνδύεσθαι, ὡς ἔγνωμεν ἐν τοῖς Θουκυδιδείοις ἐν τῷ δευτέρῳ. ἐνταῦθα δὲ περὶ [25] τοῦ ἀποτίθεσθαι λέγειν. M.

P. 21. 1. πεπορνευμένος] Πεπορνευμένος ἐστὶν ὁ πολλάκις ἁμαρτὼν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ. ἡταιρηκὼς δὲ ὁ προσάπαξ. M.

— ibid. 6. οἰκήσαντα] Τουτέστι διοικήσαντα. οὕτως Ἰσοκράτης οἰκεῖ τὴν πατρῴαν οὐσίαν. B.

— ibid. 14. καταγελάστως] Ἀσελγῶς. B.

— ibid. 20. ἐπαγγειλάτω] Ἐπαγγελία ὄνομα δίκης κατὰ τῶν ἡταιρηκότων. B.

— ibid. antep. προσέθεσθε] Ἤγουν προσενομοθετήσατε. ΑΛΛΩΣ. Ὑμεῖς δὲ προσέθεσθε

[14] πρώτῃ φωνῇ] Hæc duo vocabula, tametsi ab omnibus tribus, quæ penes me sunt, apographis, Taylorano, Goensiano et Griesbachiano, absunt, tamen hic interponere sum ausus hac de causa. In Apographo Goensiano ad voc. ἐσκέψατο (p. 4. 10. ed. Steph.) adscripta erant illa duo, quæ dixi, vocabula. quæ quoniam aliena sunt illo loco, retuli huc, quo pertinent. id quod insequentia docent, nemine futuro (aut multum fallor), qui factum improbet.

[15] τοῦτο] Sic omnes mei. Sed leg. est τούτων.

[16] Hoc τὰ de meo addidi.

[17] In tribus apographis eadem hic est lacuna, verbo συνῆψε vel συνῆγε, vel simili facile explenda.

[18] Lege ἐπεὶ δὲ (sic), sive ἐπειδὴ οἱ πρ.

[19] Videtur hic ἵνα μὴ deesse.

[20] Pone ἐπεὶ adscripserat Taylor (f. ἀντὶ). videtur hoc illi substitutum isse. Sed propius ad literam fuerat ἐπί.

[21] Consentit in omnibus scholiastes Meadianus Bernardino hoc in scholio, præterquam in duobus postremis vocabulis, quæ sic dat: περισπασάμενος δημηγορῆσαι.

[22] Aut τούτοις γὰρ αἰσχρὸν leg. aut τοῦτο γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς αἰσχρόν.

[23] τοῦτο] Sic Apogr. Tayl. Lege τοῦ simpliciter.

[24] λέγειν] Scil. χρὴ, vel εἰώθασι, vel tale quid.

[25] περὶ] Malim ἐπί.

καὶ νόμον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀποκληροῦν. τὰ δὲ ἄλλα διὰ μέσου. M.

— ibid. παγκράτιον] Ψεύδεται. οὐ γὰρ διὰ Τίμαρχον. παλαιότερος γὰρ ἦν. ἤγουν τάξησθε.[26] M.

P. 22. 10. ἀνεκτοὶ] Δύναταί τις φέρειν καὶ ἀνέχεσθαι. τιμαρχουμένους γὰρ αὐτοὺς καὶ μηκέτι ἐνοχλοῦντας τῷ βήματι δυνάμεθα φέρειν. M.

P. 24. 10. βούλομαι] Οὕτω γὰρ ἐπηγγείλατο πρῶτον περὶ τῶν νόμων ἐρεῖν, εἶτα ἐξετάσαι τοὺς τρόπους Τιμάρχου. M.

— ibid. 13. δέομαι] Τὸ σχῆμα προδιόρθωσις. εἰώθασι δὲ αὐτῇ χρῆσθαι, ὅταν μέλλωσιν ἀνελεῖν τι, πρὸς ὃ δυσκόλως διάκεινται οἱ ἀκούοντες. τὸ δ' αὐτὸ καὶ μετὰ τὰ πράγματα λεχθὲν ἐπιδιόρθωσις καλεῖται. πληρώσας τὸ νομικὸν ζήτημα, τὸ τῆς παραγραφῆς, εἰσβάλλει εἰς τὸ στοχαστικὸν, εἰ ἡταίρηκεν. M.

ibid. pen. τῶν τριάκοντα] Οἱ λ τύραννοι διὰ Λακεδαιμονίων κατασταθέντες, καὶ τὴν πάτριον πολιτείαν τῶν Ἀθηναίων καταλύσαντες, ἐλυμήναντο τοὺς Δράκωνος καὶ Σόλωνος νόμους. ἀπολαβὼν οὖν ὁ δῆμος τὴν ἐλευθερίαν, εἵλοντο πολίτας, ὅσους δήποτε, τοὺς ζητήσοντας καὶ ἀναγράψοντας τοὺς διεφθαρμένους τῶν νόμων. τότε ἐψηφίσαντο καὶ[27] νόμους εἰσφέρειν ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων, ἐπ' ἄρχοντος Εὐκλείδου, ὃς πρῶτος ἦρξε μετὰ τοὺς λ. ἐκεῖνοι γὰρ τόν τε δῆμον ἐξέβαλον, καὶ τῶν δημοτικῶν τοὺς ἐπιφανεῖς, τοὺς μὲν ἐβασάνισαν, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσαν, ἀφελόμενοι τὴν οὐσίαν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀπέκτειναν ἀκρίτως. ἐπειδὴ δὲ αὐτοὶ καθῃρέθησαν, ψήφισμα ἐτέθη περὶ τοῦ ἀμνησικακεῖν. ὥσπερ οὖν τὰ ἐπ' ἐκείνων ἀνεξέταστα καὶ ἀνέγκλητα ἐγένετο, οὕτω καὶ τὰ παιδὶ ὄντι πραχθέντα Τιμάρχῳ ἀφιέναι φησὶν Αἰσχίνης. B. Οἱ λ τύραννοι μετὰ τὸν Πελοποννησιακὸν γενόμενον[28] πόλεμον Ἀθήνησιν, ἐπειδὴ καθῃρέθησαν, Θρασυβούλου τοῦ ἀπὸ Φυλῆς ἀγωνισαμένου,[29] ψήφισμα ἐτέθη, ἀμνησικακεῖν τῶν ὑπαρξάντων ἀπ' αὐτῶν. ὥσπερ ἦν[30] τὰ ἐπὶ τούτων ἀνεξέταστα, οὕτω καὶ τὰ ἐν παιδὶ πραχθέντα Τιμάρχῳ. M.

— ibid. ult. Εὐκλείδου] Ἄρξαντος οὖν Εὐκλείδου μετὰ τῶν λ κατάλυσιν,[31] τὰ πρὸ[32] αὐτῶν πραχθέντα ἄκυρα εἶναι ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι. M.

— ibid. προθεσμία] Ἤγουν χρόνος, καταχρηστικῶς. M.

P. 25. 4. οὗτος γὰρ] Ἐνταῦθα τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. M.

— ibid. 20. κιθαρῳδοὺς] Διαφέρει κιθαρῳδὸς κιθαριστοῦ, τῷ τὸν μὲν κιθαριστὴν κεχρῆσθαι τῇ κιθάρᾳ μόνον, τὸν δὲ κιθαρῳδὸν μετὰ τῶν χειρῶν καὶ τῇ φωνῇ. διὸ καὶ κιθαρῳδὸς λέγεται. M.

— ibid. pen. ἀνέστησεν] Ὡς νῦν λέγομεν ἀνεκάθησεν. καὶ Δημοσθένης· ἀνέστησεν ἂν[33] αὐτὸν ἀπὸ τῆς καλῆς ἐργασίας. M.

P. 26. 3. οὐδὲν ἂν] Ἵνα μή τις οἰήσεται δι' ἔνδειαν αὐτὸν πεπορνεῦσθαι. ὅπερ[34] συγγνώμης ἦν. M.

— ibid. 17. ἦν μὲν Δ.] Ἀλλὰ[35] (sic) ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. M.

— ibid. Διονυσίων] Διονυσίων ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δ' ἐν ἄστει μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος. Διονυσιάδες δὲ αἱ ἐν ἄστει τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι παρθένοι. B. Idem scholium in Mead. sic exhibetur: Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησιν Διονυσίῳ[36] ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ληναῖα μηνὸς Ληναιῶνος,[37] τὰ δὲ ἐν ἄστει μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος. Διονυσιάδες δὲ ἐν Σπάρτῃ παρθένοι αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμου ἀγωνιζόμεναι. M.

P. 27. 4. ᾗ δὴ[38]] Ἀντὶ τοῦ διὸ δή. M.

— ibid. 12. ἐν δικαστηρίῳ] Ἔνθα χρεία ἐστὶ μαρτυριῶν[39] ἀποδείξεως. M.

— ibid. 13. μαρτυρίας τῷ Μισγόλᾳ[40]] Γράφουσι μαρτυρίας οἱ βουλόμενοι μάρτυρας παρέχεσθαι προκλητικὰς αὐτῶν, οἷον τὸν δεῖνα τόδε πραχθὲν ἀκριβῶς γινώσκοντα ἀξιῶ μαρτυρεῖν τοῖς δικασταῖς. M.

— ibid. 15. ὃ ἔπραττε] Οὐ γὰρ ἀπῄτει αὐτὸν μαρτυρεῖν, εἰ παρ' αὐτῷ ἡταίρηκεν, ἀλλ' εἰ μετ' αὐτοῦ διέτριβε. καίτοι τοῦτο ἤμελλε συνοίσειν τὴν[41] ἀπόδειξιν. λέγομεν οὖν, ὅτι ὑποπτευομένου τοῦ Μισγόλα ἤρκει τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι μετ' ἐμοῦ διέτριβε. M.

— ibid. pen. ἐκκλητευθῆναι] Ἐκκλητεύειν τὸ εἰς κρίσιν ἄγειν, ἵνα ἐπάναγκές τις μαρτυρῇ. B. † Κλητεύεσθαι δὲ τὸ καλεῖσθαι εἰς μαρτυρίαν. M.

P. 28. 5. ἐξόμνυσθαι] Μεθ' ὅρκου ἀρνεῖσθαι. B.

[26] τάξησθε aut huc non pertinet, sed alio, nescio quo, aut leg. est ἐτάξασθε. ut sit interpretatio proximi vocabuli προσέθεσθε.

[27] καὶ] Malim καινούς.

[28] γενόμενον] Malim γενόμενοι aut λεγόμενον.

[29] ἀγωνισαμένου] Alius dixisset τὸν δῆμον καταγαγόντος.

[30] ὥσπερ ἦν] Interponi velim οὖν.

[31] Leg. μετὰ τὴν τῶν λ κατάλ.

[32] πρὸ] Leg. ὑπ' vel ἐπ' αὐτῶν.

[33] Demosthenes scripserat ἀνέστησεν αὐτὴν (in feminino, et sine ἂν).

[34] συγγνώμης] Subaudi ἄξιον.

[35] ἀλλὰ] Fort. ἄλλο.

[36] Διονυσίῳ] Lege Διονύσῳ.

[37] Ληναιῶνος] Mensis Lenæonis haud memini, qui mentionem fecerit.

[38] ᾗ δὴ] Sic enim in Meadiano legitur pro vulgato ἐγὼ δέ.

[39] Malim χρεία ἐστὶ τῆς διὰ μαρτυριῶν ἀποδ.

